

1556





68
13 C
17

DOMINI ANTONII
DE MATTHAEIS ROMANI CLARISSIMI IVRISCONS.

REPETITIO

AD RVBRICAM AD .L. PRIMAM .FF. DE NOVI OPERIS NVNC.

AD RVBRICAM AD .L. PRIMAM .FF. DE ACQVIREN. POSSES.

Ex legato NEC NON Ill.mi Coccini


PRAXIS

DE CAVSA POSSES. ET PROPRIETATIS, ET DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM

CVM REPET.


AD L. NATVRALITER IN § NIHIL COMMVNE .FF. EODEM





DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS PERPETVI SEMPER AVGVSTI.

IVRIS ENVCLEATI EX OMNI VETERI IVRE COLLECTI DIGESTORVM SEV PANDECTARVM EXPLICIT LIBER XXXVIII. INCIPIT LIBER XXXIX.



DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.



Electabilis materia plurimas pulchras quæstiones cõtinens hæc reputatur, vbi repetentium vestigia sequar. Inuocato prius nomine glorioso, Iesus. De quo infra. Verba hæc rubra diuiduntur à doctoribus in quinq; partes, excepto Raphaele Cumano aduersãti: quia vsq; ibi. de noui operis &c. sub vna structura clauduntur. ¶ Imol. & Florentini repetentes respondent pro diuisione q mentaliter potius quam verbaliter spectanda sit. ¶ Sed aduertendũ est in dubio non aliter mentem esse capiendam quam verba se habent, vulgata. l. labeo. in. §. idem Tubero. ff. de supellect. legat. ¶ Necnon secundum eos omnia verba Rubra pro rubrica sumerentur, sed aliter sentirem q immo ea sola verba ibi. de nou. operis &c. (Et si alia Rubra sint) pro rubrica accipiantur, vt velle videt Bar. in principio libri. 41. 44. Ad quod Doctores volentes in rubrica. ff. si cert. pet. rubricas esse repertas ad indicandum, quod in nigro contineatur. Quod solum conuenit illis verbis, ibi de noui operis. ¶ Quicquid sit aliter diuidi posset. In prima Imperatoris nomen ponatur vt opus fruatur eius auctoritate. In secunda ibi, iuris &c. Continuentur libri ponando generricum subiectum. In tertia ibi. de noui &c. incipiat prædicare specificum subiectum. ¶ Bar. rubricæ casum figu-

rauit quem intelligo, vt magistraliter loquatur, cum nemi/ni putem id(de quo Bartolus) contigisse. ℭ Et secundum eum, compilatores hic inuocarunt nomen Domini nostri Hyesus Xpi, Quod minime, hic video, nec in aliquo principio libri digestorũ, nisi digesti veteris. Itaq; totius com/pilationis. Quapropter dicendum puto, sat esse ponere diuinum nomen in principio totius operis, argumento .l. argentarius, in .§. si initium. ff. de edendo. ℭ An autem ne/cessarium sit, ita q eo omisso, actus nulliter fiat, Bar. hoc tenet. Sed Alex. & communiter contra, nisi & vbi de consuetudine præponeretur. ℭ Tenerem cum Bar. hic & Fulg. in princ. C. & Rom. hic, post glosam in .§. si qua vero in auc. vt præpon. nomen Imperat. contra communem. ℭ Nam si nomen Imperatoris (vt dicunt) est præponendum, vt in .d. titulo, fortius. Christi, per tex. in auc. vt non luxurietur cõ/tra natur. vbi quia homines non blasphemantur, multo minus nomen; Christi, sic Hormandotius florentinus. Cui respondebatur Imperatoris nomen præponi, vt de tempore clarius constet, non ob reuerentiam, quo casu in argumẽto staretur. ℭ Sed q immo ob reuerentiam colligerem ex textu autenticæ præfatæ, ibi si quis enim respexerit facta Romuli, & Imperatorum, & ibidem videtur enim absur/dum &c. Et videtur magis expressum ibid. ipsa quoq; commemoratione ornatur Imperii Consulis. Quasi dicat supra ob reuerentiam & ornamentum fuisse dictum præponi no/men Imperatoris. ℭ Non oberit ille tex. ibi sic enim per omnia seruabitur tempus & pro Imperii memoria &c. Quia intẽndum esse puto ante Iustinianum præponi nomen Imperatoris ob reuerẽtiam, vt supra. Sed Iustinianus adiecerit numerũ ãnorũ imperii, patet ibi illius sacratissimi principis anno tertio. Et videtur expressum ibi; nos autem horum aliquid non perimimus. Sed maiorem adiectionem imponimus. Et ibi Imperiali additamento &c. Hoc modo intelligo textum ibi. vt ex maioribus & ex perfectioribus temporum designetur cursus, & ibi. sic enim per omnia seruabitur tempus. Et pro imperii memoria &c. Nam ex simplici Im-

peratoris memoria non designatur temporis cursus, sed ex numero annorum imperii. ¶Non obstat Ruyn. dicens Imperatoris nomen præponi pro forma, non eo modo statuta de nomine, Christi; Quia responderunt per verba ibi. Et inchoetur mox, autore Deo, non minus denotantia formam, & aduerto præceptiue prolata, argumento .l. penul. .ff. de arbitr. & præsupponentia iam datam fuisse formam inchoandi ab autore Deo, si rectius intuebimur. ¶Neq; aduersabitur argumentum id, quod in Rubrica de hoc nõ fuerit mentionatum, sicut extitit de Imperatoris nomine præponendo. Quia vt supra dixeram, neq; in eo principaliter Iustinianum cogitasse, cum ex eiusdẽmet ibi verbis pateat ante ipsum Iustinianum præponi consueuisse, sed de modo præponendi nomen Imperatoris, hoc est cum numero annorum imperii, vt præcise designetur temporis cursus. ¶Vnde declaro. Illam dictionem, vt positam in rubrica nõ tantum pro omnimodo, quantum pro qualiter, seu quali modo. Quod mihi etiam videtur expresse colligi ex eo textu ibi, hoc modo incipere in documentis. Et ꝙ in tempore principaliter constituerit, videtur aperte colligi ex secunda parte Rubricæ, ibi. & vt latinis litteris apertius tempora inscribantur. ¶Vlterius neq; obstabit ille textus, ibi, incipere in documentis. Itaq; à nomine Imperatoris & consequenter non à nomine Christi, Argumento tex. in.§. discipuli, in .l. ii. ff. de origin. iuris, vbi videre est, primum dici. id quod ante se non aliud habet. Quoniam procedit in documentis, vt loquitur ibi tex. incipiendum esse ab Imperatore &c. Vt de temporis cursu edoceamur, & dictum est vt supra. Sed Gloriosissimum Christi nomen documentis non dicemus esse annumerandum, sed venerationis gratia & superiori loco exprimendum, non tantum vt de contrahentium pactis, vel disponentium actis edoceamur, quantum vt ex eo adiuuemur. Bene autem (dicit textus in auc. quomodo oporteat episcopos) vniuersa geruntur, si rei principium fiat decens & amabile Deo. Et alibi in auc. de quæstore ibi, cum Dei auxilio semper omnem facimus prouidentiam

Et in auc.de armis,ibi magnum Deum & Saluatorem no/
strum Iesum Christum semper inuocantes. Ad q̄ est tex.
in.l.prima.C.de veteri iure enucleando. Ergo etiam con
cludendum est Christi nomen non modicæ solēnitatis esse,
vt voluit hic Alex. sed immo maioris & substantifice.Dico
in his quæ ad perpetuam probationis conseruationem fiūt
vt etiam est instrumentum.l. prima .ff. de fide instru. pro
batur etiam,quia si Christi nomen prætermittetur incogni
tum esset id factum à christiano alias fideli,iuxta sacri Euan
gelii verba,ibi fides tua saluum te fecit &c. Vnde dicemus
instrumentum capere fidem,hoc est substantiam(argumen
to Rubricæ . C. de fide instru.) à nomine Christi. ¶Neq;
(vt puto) satisfiet si Dei nomen præponatur, cum id etiam
ab infidelibus poni consueuit,non sentientibus de trino &
vno,idest vero,nisi ex sequentibus declararentur(arg.l.hæ/
redes palam .ff. de testamen. ibi vicinis scripturis.) puta
ex verbis,ab eiusdem incarnatione,seu similibus. Vel illis
sedente Paulo diuina prouidentia Papa Quarto. Diuina
enim intelligi non aliter potest,quā de Christo: Cuius Vi/
carius,& non alterius,nec alter in terris est.c.solitæ de ma/
ioritate & obedien.vnde non est papa sine Christo,qui eum
incolumen seruet. Hoc modó intelligo verba. Deo auc/
tore,in .d.auc.vt prædon.nomen imperat. & verba. Deo
amabile,in auc.quomodo oport. episcopos, declarantur
enim per verba, Saluatorem nostrum,posita in auc. de ar
mis,& alibi. ¶Qua de re dicemus etiam verba in Dei nomi
ne,in instrumento posita,si ex eodem non declarantur satis
ab altero eiusdemet notarii instrumento (continente de
Christo) declarationem acceptura.¶ Redeundo concludo
contra communem opin. non tantū vbi consuetudo extat
vt gloriosum Christi nomen,præponēdum sit, vt per Imol.
& doct.communiter hic,pro quibus(cōcludētibus non esse
de iure)Credo inuenisse textum pene ineuitabilē in.§.illud
in auc.quibus modis natur.effic.legit.(vbi ponitur tota for
ma documenti sine nomine Christi)sed etiam vbi non extet
vt in actis ad perpetuam probationem validandis nihilo

minus

minus de iure præponi debeat. ℂ Ad .d.§. respondebo vel
ꝙ ineffabile nomen Christi non sit documentis anumeran
dum, vt supra dixi. Cum ea tantum fiant ad edocendum, vt
in auc. si quis in aliquo documento .C. de edendo, vbi per
omnes, seu instruendum vt in.l.prima.ff.de fide instru. ℂ
vel ꝙ in d.§. positum præsupponitur, cum in terminis ha
bilibus dispositio seu elocutio intelligatur arg.l. cũ in test.
.ff.de testam. quod ēt p̄supponi, cõiectura ē dũ cõtrahentes
domum sacratissimam ingrediuntur, vt ibi. Et orationis do
mus exprimitur. ℂ neq; aliter credendum est Iustinianum
voluisse, vt p3.in.d.auc.de armis, ibi semper omnē facimus
prouidentiam, quæ dictio.semper. ponitur in auc. de quæ
store. & p3. ex deuota ipsius prolatione in .l. prima. C. de
officio præfect. prætor afri. ibi quas gratias, & quas laudes
domino Deo nostro Iesu Christo. exhibere debeamus, nec
mens nostra potest cõcipere, nec lingua proferre, & ibi, qui
per me vltimum seruum suum ecclesiæ suæ iniurias vindi
care dignatus est &c. cum simil. ℂ Infero præterea ex istis
ad intellectum verborum ibi. & hoc modo incipere in docu
mentis, positorum in .l. d .§. auc. vt præpon. nomen impe
rat. Quod præpositio in. intelligatur pro intus, magis quã
pro supra. Cũ supra ponendũ sit nomen eius, qui semp fuit,
est, eritq; sup omne supra. ℂ Quærit an inuocatio Xp̄i fiat
à notario inter hebræos Alex. firmat. si & vbi de substantia
et iter xpianos ℂ obstat ratio cõptentus.argu.l.iudæos.C. 3
de iudæis. loquitur tamen ea lex, vbi ponitur à iudæis,
hic à notario ꝓpter se ipsũ, cũ eius officium sit. Bar in .l. si
quis legatum.ff.ad.l. corn.de falsis.in penul.col. & in.l. li
brarius.ff. de regul. iur, Bal.in.l. post diuisionem.ff.de iur.
& facti ignor. ℂ non tamen dicemus Christi nomen iudæo
edendũ esse, arg.rubr.nemini licere signũ saluat. humo.&c.
ℂ EX PRIMA oppositione Bartoli elicitur prima cõ 4
clusio. Quod natura genetiui sit demonstrare dominium
non solam possessionem.l.seruũ Titii.ff.mandati.l.si seruus
hæredis de legat. primo.l.si communis seruus meus. Et Ca
strensis peculii. ff.de stipul. seruorum. ℂ Iason & nouiss.

contra. cum & si dominium in his iuribus ostendatur, nō sequitur quin uel saltem sola possessio demonstrari posset. ¶ puto eos bene dixisse ad.d.l.si seruus hæredis.&.l.si seruus communis. ¶ Addo non mirum si his iuribus ea sola non ostenderetur cum natura verbi meus. de quo ibi.illa sit, vt solum dominium demonstret.l. si seruus. seruū iuncta.l.i. ff. ad.l. acquil.unde vt illa dictio.&(de qua ibi)pariat pari tatem,ibi maxime,ubi exprimitur uerbum.communis.argu. regulæ.l. iam hoc iure.ff.de vulgari & pupill. duntaxat ibi dominium ostendi cōcludo: Et nihilominus alia ratione dicam in.d.l. seruum Titii per genetiuum,nō denotari pos sessionem,quia clarescebat eam esse penes mādantem,unde non penes Titium.argu.l.si ut certo.§. si duobus uehiculū .ff. cōmodati.&.l.iii.in.§.ex contrario.ff.de acquir.possess. Simili modo ad .l. si domus,in fin.de legat. primo respon deamus ꝙ ibi tantummodo directum dominiū demonstret quia clarescebat vtile penes alium,inquam illū qui legasset & consequenter possessionem esse:arg.l.primæ i.de acquir. poss.&.l. bonæfidei.ff.depositi. ¶ .4.pro cōmuni opin. da batur tex. in.l.ii. in.§.in locum.ff. de relig.& sumpt.fun. ibi nam cum dicat, in locum alterius: sequitur ꝙ domino det actionem nō etiam bonæfidei possessori,& ibi nam cum di cat in locum alterius. Apparet de domino sentire. Iason ꝙ ideo bonæfidei possessori non detur illa actio in factum, quia sua non interest fieri locum religiosum. Ruyn.ꝙ imo turbaretur in sua possessione ¶ Sed aduerto reiectum esse hoc per iureconsultum in illo textu iuncto.§.locum qui ser uit,ibi,sed si non minus cōmode per alium locum seruitute vti potest,non vr seruitutis impediendæ causa id fieri, cum igitur in vsufructuariotantum iureconsultus consideret, impedimentum,non in bonæfidei possess.neq nos attenda mus. ¶ 2. Ruynus. ꝙ etsi bonæfidei possessori non datur actio, intelligit ad illa duo, de quibus in .l.is qui,eode.tit. ad quæ domino loci datur, nō tn̄ sequit quin detur ad inte resse,probatur ex not. per glos. & Bar.in.l. si cui cōmodata .ff. de furtis.Dum concordando volunt illum textum dice

tem bonæfidei, possessori non dari furti actionem, intelligi ad totius rei æstimationem. Et textum in.l.is cuius interest d. tit. & in.l. itaq; fullo. Dicentem cuilibet possessori dari furti actionem vt intelligatur ad interesse. ¶ Aduerto, quia diuersa ratio est in.d.l.si cui, ponderãdo eius verba, ibi. interesse autem eius vr̃ qui dãnum passurus est, non eius qui lucrum facturus est, intelligo de eo qui pro hærede possidebat. Remoto igitur lucro, ageretur ad æstimationẽ. Atq; miror (si loqui fas est) Bartolum non aduertisse ad illum textum limitantẽ. d. l. is cuius &c. d. l. itaq; fullo ¶ Qua de re sumus ad huc in firmo q̃ in.d.§.in locum. Ex genetiuo dominium dũtaxat, significetur. Nisi respondeamus illud nõ ex genetiui natura, sed ex õi totius sermonis: p3 in textu ibi, Sed hic sermo &c. Comprobo per verbum alienũ quasi non curet de genitiuo. Addo alium textum in.l.lex Cornelia.in.§.domum.ff. de iniur. dum primo dixit domũ ue suam, postea domumue eius, qui disputas, cogita. ¶. V. pro cõmun. florentini textum in.l.qui absenti in.§.i.ff. de acquir. possess. ibi si quis possessionem fundi tradiderit, eam ita cedendo si ipsius fundus esset, tradita nõ vr̃ si sit alienus itaq; genetiuum ipsius. dominium ostendit. Dic vt supra non ob genetiuum, p3. ibi alienus. Item dic, ibi non denotari possessionem, quia clarum est eam esse tradentis. Eam enim in dubio denotasset, item fundi appellatione magis q̃ per genetiuum, dominium demonstratur, quia verba in potiori significatu &c.l.p.ff.si ager uectigal. ¶ vnde concludi posset contra cõmunem, & per alia allegata duo iura. videper.l.primam, ibi quod cuiuscũq; nautæ saluum fore receperint.ff.nautæ caup. stabul. iuncto.§.ait prætor, in eadẽ.l. ibi, & parui refert, res nostras intulerimus, an alienas. ponderando verbum alienas, cum verbo cuiuscunq; ¶ sed nouiss. dicunt, hoc esse per extensionem iurisconsulti, cui licet vt per Bar. in.l.ii. in.§. sane el.2.C. de sacr. sanct. eccles. eodẽ modo respondetur ad.l.primam in.§. non solum.ff. de arboribus cedend. ¶ approbarem quia in.d.§.in hac ratio datur illa, quia vsusfructuarii & bonæfidei possessoris

aliorumq; ibi interest. Ex qua ratione extensio fit. si enim prædicti ex natura genetiui cóprehenderentur, frustra extẽderetur. Nec diuersimode dicã ad. §. non solum. ¶ Addo tex. in. l. ii. in. d. §. in locum iũcta. l. ossa. in. §. nec solum. ff. de religios. vbi extenditur actio, ꝙ cõpetat habenti etiam aliquam seruitutem, ꝙ extendatur euidens est, cum alias dicendo (videlꝫ casus de quibus in. l. ossa sub genetiuo cõprehendi) frustra exprimeretur, in. d. §. in locum. ꝙ illa verba duntaxat dominium denotent, contra, tex. in prohem. institutionum, ibi nihil perperam. Responsum simile darem ad. l. lex. cornelia. in. §. domum. ff. de iniuriis, vbi genetiuus verificatur in domo conducta. Et ad. l. si quis seruum in diffinitione furti. iuncta. l. is cuius interest. ff. de furtis: nã est contractatio rei alienæ, nihilominus furtum etiam est respectu detentoris rei, cui quamuis dominus non sit, quia tamen sua interest, actio furti datur. Quod ex iurisconsulti extensione (eadem ratione) fit, alias dicendo male in diffinitione poneretur, inuito domino. ¶ Sed aduerto, ꝙ nõ ideo, quia dixi per extensionem &c. Sequitur de natura genetiui esse dominium dũtaxat significare, nam significatio potius in natura sermonis radicatur, ut dixi. Et quia verba in potiori significatu accipiuntur &c. iuncta regula. l. cum prætori. ff. de iudic. vbi vnum dicens aliud excludit. ¶ Vnde
5 in actu praticæ á Bartoli distinctione non sit recedendum. Etsi (disputando) aduersabimur in quæstione statuti, quam ponit. Vt sic eo stante, vt quicunq; surripuerit rem alterius, puniatur in decem aureis, puniri debeat, qui surripuisset á possessore vel detentore. Cum non de genetiui natura sit dominium duntaxat significare, vt dixi, Ea tamen ratione cum eo transibis, quia verbum alterius uel alienam &c. in potiori significatu dominium, non solam possessionem, importat ¶ nisi ex communi vsu loquendi alteratum sit, vt hic Bartolus, vel materia subiecta suadeat. l. i. in prin. &. §. familiæ. ff. de publican. ¶ Quæ quamuis in se veridica sint quia tamen loquimur in simplicibus terminis, & non alteratis (remota regula subiectæ materiæ quæ vbicunq; operat

im͞ppriari verba, vulg. l. si vno. ff. locati. l. insulam, de præscript. verbis) ❡ difficultas dicta est, an vbi non constat interpretari statuta per cōmunem vsum, debeant in casu nostro tali modo interpretari. Imol. ꝙ non, quia stricti sunt iuris. l. quicquid astringendæ, de verborum oblig. maxime si pœnalia sint, arg. l. si de interpretatione. ff. de pœnis. Et Rom. per tex. in. l. item prætor. ff. de suis & legit. vbi reiicitur cōsuetudo. ❡ 2. post Bal. in. l. prima. C. de success. edic. & Butrium in princ. decretalium per tex. in. l. si dictū, in princ. de euict. ❡ 3. per tex. in. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. ❡ 4. per glo. in. l. ꝙ si nepotes. ff. de testam. tutela. ❡ Quos sequitur Ruyn. dicens cōmunem vsum loquēdi esse impropriam significationem. l. cum delanionis, in. §. asinam. ff. de fundo instruct. & in. l. item prætor. ff. de suis & legit. vnde in pœnalibus non verificari, ut per Bar. in. l. talis scriptura. ff. de legat. primo. ❡ Bar. vt vidimus tenuit affirmatiuam, cum quo Rom, per tex. in. c. statutum in verbo dieta, de rescriptis in vi. vbi dieta intelligitur de vulgari, & probari dicit Alex. per tex. in. l. anniculus la prima &. l. ut Alphænus, de uerb. signifi. sic Iason & Abbas in. c. capellanus, de feriis, ponderat. c. corporalia, de translat. episcopi. Et cōmuniter doctores. Quorum tamē iura minime in pœnalibus loquuntur de quo nos, excepto Bartolo hic. & in. l. labeo. ff. de supellect. legat. q vult in pœnalibus uerba stricte capi, nisi aliter se haberet cōmunis vsus ❡ Sed restant arg. contratenentiū. Respōde ad primū per nouissimos, ꝙ in. d. l. item p̄tor, reiicitur consuetudo, quia vt quis cognatus diceretur, oportebat verificari cum illa qualitate, vt vc ʒ mortis tempore inueniretur cognatus. In simili Decius in. l. si emancipati. C. de collat. in secūdo not. sed tempore mortis illius, nepos ibi non erat in rerum natura, ideo non attenditur consuetudo. ❡ vel tu dicas, ꝙ ibi abusio non consuetudo est, quia cōtra. d. l. i. in. §. si quis proximior, unde retorqueamus. ❡ Ad. 2. respondet Alex. tripliciter. Melius Iason ꝙ reiicitur in. d. l. si dictum, quia non consuetudo est sed vana opinio vulgi errantis in iure.

¶Ad tertium,ꝙ in,d.l. ita vulneratus,ideo & qui nõ occi-derit punitur,quamuis occisus dicatur â cede,& non atten-ditur cõmunis usus loquendi,ne delicta impunita remane-ant,speciali igitur ratione fit,igr.&c.¶Ad 4.dic per Alex. ¶ Ad quintum Ruyni, dic per Bartolum, in ,d.l. labeo. ¶Conclusio hæc fallit,ubi alio statuto caueretur verba sta tutorum debere accipi proprie,strictoq; modo, ut Alex. & nouiss. dicunt per Bar.in.d.l,labeo,sentientem esse impro prium significatum,qui sumitur ex communi loquendi usu ¶Fallit 2,si alio statuto caueatur uerba statutorum intelli-gi nullo addito extrinsecu, ut per eosdẽ post Butrium, & Abb.in procemio decretaliũ, dicentes (& male in hoc)alr̃ si diceretur uerba statutorum intelligi prout iacent, nam certe non intelligerentur,ut iacent, quando supplerentur, seu declarantur â cõmuni usu loquendi. ¶Tertio ,fallit in materia exhæredationis.l.ii.ff.de liber. & posth.nam ꝙ nu merus singularis uerificetur in plurali, & indefinita æqui-polleat uniuersali procedit ex cõmuni usu loquendi. l. in usu.ff.de uerborum signif. non ex proprietate.l.fin.uersic. & uel eis.ff. ad trebell. tamen non habet locum in exhære-datione. d.l.ii. ¶ Aduerto ꝙ.l.in usu,procedit in usu iuris legisue seu iurisconsulti,nos in usu vulgariũ.¶Et in.d.l.ii. non dubitabatur an omnes exhæredati essent,sed an aliquis eorum. Quod uidebatur propter testatoris expressionem, cuius uoluntas appellatur lex.ut in.§.disponat, in auc. de nupt.aliud nihilominus ibi ex benignitate concludir̃,unde fallentia periculosa est. ¶Quarto fallit ubi accusatus iu-stificaret de dominio suo,nam tunc excludit accusantem possessorem,ut Paul.hic, hoc in loco ponendum est, non ubi cessaret cõmunis vsus,sicut orditur Paul. bene uerum puto accusatum non excusari â pœna. l. si quis in tantam C. unde ui,ut dicam in distinct. ¶ Dubium restat, ubi non extet cõmunis usus loquendi, Videtur enim non sic simpli-citer verum esse,ꝙ statutum in solo possessore non uerifice tur, nam dicit Paul.de Castro quando possessor habet iu-stum titulum, habet pro domino,per.l.qui bona,in princ.

.ff. de dãno infec. & hoc quia quamuis non probetur dominium, per.l.i.ff. de public.tamen præsumitur bona fides p .l. penul.C.de euict. quæ operatur eum pro domino haberi. Sed Alex. aduersatur hoc procedere, antequam eum nõ esse dominum proba tum sit, per.l.i. in.§.domini,el primo ubi Bar.iuncto. §. sequēti.ff. ad Syllen. dum Bar. opponit de.l. qui bona. Præterea dicit Paul. ubi accusans titulo caret, si accusatus excipiat de dominio tertii nõ debet audiri cum accusans plus iuris habeat, quam accusatus, colligitur ex not. per Bar. in.l.si alienam.ff. solut.matrim. Et huic Alex. aduersatur, quia accusatus excipiens de iure tertii excludentis in totum ius agentis, repellit agentē per.l.fin.C. de rei uēdic. Bar.& doct. in.l.ii.ff. de excep. rei iudic. vnde quia fundamentum accusati est dominium, quod importāt uerba statuti.d.§.in locum,& dominium non uerificetur in accusante, ergo &c. Item Antonius de Butrio in .c. primo de postul. prælat.per glo.ibidē in uerbo, propriam terram, vult statutum verificari in solo possessore. Sed Alex. respõ. ꝙ in illis terminis terra possessa per regem participauerat in delicto, nõ mirum si interdictis terris Regis,& interdictæ sint per eum duntaxat possessæ. Vide Alex. hic nu.21. dum euitat dictum Speculatoris. ¶ vnde finaliter concludi posset in terminis statuti dictātis, ꝙ qui receperit rem alterius 6
puniatur in pœnam &c. ꝙ aut ratio in eo continebatur cõueniens solo possessori, pariter vt domino, tunc uerbum alterius, impropriaretur, propter statuentium mētem sumptā ex ratione scripta. Quæ facit vt extensio non sit, sed comprehensio, ut dicit Bal.in.l.de quibus.ff.de legibus,& uerificaretur in possessore solo, arg.l.i. iuncto .§. ait prætor .ff. naut. caūp .stabul.& .l.ii.§.in hac.ff. de ui bon.rap. ¶ Aut Ratio statuentium non est certa,& tunc si pœna venit applicanda fisco, quamuis is à quo res aufertur nudus detentor esset,& pœna incurreretur, quia semper uerum est rem alterius recepisse, arg.l.fin.C.unde vi. vnde cum statuti uerba conueniant,& eius dispositio.l.iiii.§. totiens ubi Bar.ff. de dān.infec. Si pœna venit applicanda parti, cum Imola

transiremus absq; alia dominii iustificatione de qua, in 4. fallen. supra & moueor per regulam .l. si de interpretatione .ff. de pœnis, & .l. si pſes, & per Ruynum, hic. Ad iura Bartoli, & similia, respondebimus ne in pœnalibus loquantur. Et ad doctrinam suam in .l. ꝙ labeo. ff. de supellect. legat. dicemus ibi attēdi cōmunem loquendi usum, ut reus absoluatur, neq; mirum est, cum & quælibet causa dūmodo colorata pro rei absolutione admittenda est, Iason in .l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudic. per regulam .l. absentem. ff. de pœnis; Vnde non est attendendus cōmunis loqndi vsus, ut puniatur, cum accusatus antea sciuerit (ꝙ præsumitur argu. l. ii. ff. de iuris & facti ignoran.) genetiuum, alterius positum in statuto, dūtaxat dominium denotare per. l. i. §. in locum. ff. de relig. & sumpt. funerum. Quinimmo directum & non vtile, ut hic dicit Alex. per. l. si domus, in. §. fin. de legat. i. ¶Si vero communis loquendi vsus in loco non extaret, & tunc si nō probaretur, ꝙ accusans sit possessor nudus, profectò præsumetur dominus, per .l. sicuti. §. si quæratur .ff. si seruit. vendic. vide Paul. Castren. & Alex. hic num. 18. vnde pœna locum habebit. Si uerò probaretur & tunc aut accusans replicaret de titulo, & bona fide, & tenere cū Alexandro, non per suam rationem fundatam in .l. i. in. §. domini. ff. ad Syllen. ubi Bar. quia tollitur per .l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. Sed per rationem, quia titulum habēs tunc pro domino habetur, cum de dāno euitādo certet, hoc modo loquitur. d. l. qui bona. ff. de dān. infec. & .d. l. apud antiquos. C. de furtis, ꝙ dando seruum pro noxa non sentit dānum. Sed vbi de lucro captando, vt hic de pœna consequenda, tunc pro domino non habetur. Si uero accusans de titulo non replicaret, & tunc absoluta res est, ut tanto minus pœnam consequatur per modo posita. Nisi communis loqndi usus eēt in loco, ut quilibet possessor siue detētor, dominus appellet, tunc enim statuti uerba ex cōmuni usu loquendi acciperent interpretationem. l. ut Alphænus, & .l. anniculus. ff. de uerborum signific. ¶ Quod ultimum procedit nisi alio statuto cautum sit. Verba statutorum de-

bere accipi strictê,ut Alex. & nouissimi hic per Bar. in.l.labeo.ff.de superlect.legat vel cautum sit, vt in secunda tallentia diximus. ℭ Dubium restat in vsufructuario videlicet an pœna statuti præfati applicetur vsufructuario accusanti, Alex. hic negat,quia ꝙ vsufructuarius dicatur dominus,lat gho modo procedit per.l. i.§. domini,el primo .ff. ad Sylsen.l.falsus §. fin.ff.de furt.l. rectê dicimus.ff. de verborum signific. vbi pōdera rubricam,vnde succedit regula de qua in.c.odia,de regul. iuris in vi. Videtur obstare tex. in.l.i. in .§.non solum.ff. de arbor.ceden.& in.l.ossa in.§.non solū .ff. de relig.& sumpt.fun. ℭ dicendum puto in istis iuribus fieri extensionem,ex rationis identitate ut declaraui non autem ꝙ in verbis,rem alterius,usufructus comprehensus sit. Non obst.tex.in.l.iii.ff.de usufruc.ibi.in multis casibus partem esse dominii,quia exponendus est,ut ibi per glosam.id est similitudinem cum dominio habere. ℭ concludo igitur in usufructuario per omnia,ut supra de possessore considerraui(eo excepto)quia non conuenit illud dicere ꝙ usufructuarius in dubio censeatur dominus ,possessor uero censeri potest dominus vt dixeram. Et concludenter contra.d. Antonium,in.c.si sententia,de sententia excōm.in vi. relatum ibidē per Philippum francum,& hic per Alex. trāsitus mihi erit. ℭ de natura genetiui uideas hic Alex. & florentinos. ℭ Diuisa glosa rubricæ atq; declarata Bar.quærit quid 8 si causa ventilaretur pisis, & statutum florentinum produ ce ndum esset,an totum volumen, uel an eius pars dūtaxat produci sufficiat. Vna eius conclusio est,sat esse unum statutum cum sua rubrica produci,per hic notata, & in .l. Argentarius in.§.edi.ff.de edendo. Secus vero esse producendo solam statuti partem,nam in alia parte corrigi posset.argumento .l.inciuile.ff. de legibus, & si argueretur ex eade proxima ratione totum uolumen edendum esse. Nouissimi bene respondent, ꝙ quando statutum totaliter fuerit edictū verisimile,est pro perfecto,& absoluto à partibus esse habitum. ℭ Etiam dico aliter,ꝙ integre statuto edito statuentium tota uoluntas habetur, quia verisimile non est in eode

uolumine aliud contrarium extare,arg.l.præcipimus.C.de appellat. Sed in eode statuto quamuis clarum sit loqui totum de eade materia,de qua loquitur pars(præsumtiue saltim)nihilominus infine seu in alia eius parte corrigi posset uel limitari igitur &c. ℭ Alia conclusio Bartoli, est ꝙ quando pars instrumenti siue statuti producitur , & constat esse partem,non probat etiam si non opponeretur , de textu in .l. inciuile.ff. de legibus, Ruyn.contra,ex ratione quia præsumitur illam tantummodo partem facere ad causam cum pro notario præsumatur. Quod quam falsum sit nemo unquam ignorauit,nam cognoscere an & quæ pars statuti faciat notario non spectat,officium enimuero iudicis est, vt in tractatu editionis circa principium secundi membri posueram. ℭ Habemus vltimo illam Bartoli conclusionem eode retento themate,ꝙ non constito esse partem censeat totum,per not.in.l.cum de lege.ff. de probat,nisi contrariũ probaretur. Sed Alex. contra,& ꝙ ideo in dicta lege p̃sumitur pro hærede asserente sibi non sufficere bona propter quod falcidiam retinet,quia præsupponitur per glos. ibidẽ esse factum inuentarium,dum allegat.l.fin.C. de iure deliber. ℭ Aduerto ꝙ non concludit,nisi præsupponeretur inuentarium productum,quo casu nõ simpliciter dicitur esse standum assertioni hæredis:cum illa probatio non sit neq; dicatur assertio. ℭ Florentin. aliter,tamen pro nobis, quia in dicta.l. dicitur,ꝙ si hæres non potest probare condenabitur. Ergo non statur assertioni quia nunquam daretur casus in quo probare non posset.Non obstat Ruyn. per tex. in.l.cum ita , in .§. species , de legat .ii.quia præsupponitur ibi pro claro species legatas non reperiri. Eode modo respondeamus ad.l.si is qui.ff. de testam.in uersic.labeo de appositis huic rubricæ sum expeditus, Antonius de Matthæis.

INDEX MATERIARVM SVPER RVBR. .FF. DE NOVI OPER. NVNCIAT.

VLPIANVS.

¶HOC EDICTO PERMITTITVR, VT SIVE IVRE, SIVE INIVRIA OPVS FIERET PER NVNCIATIONEM INHIBERETVR: DEINDE REMITTERETVR PROHIBITIO EATENVS, QVATENVS PROHIBENDI IVS IS, QVI NVNCIASSET, NON HABERET.


PRæmittas textum in.l.de pupillo.§. meminisse, & quæ .i.dicentur num. 32. 33. 34. ¶ Diuiditur per Bar. in.ii.partes,in.i.po-
11 nitur effectus nunciationis,in 2. effectus remissionis.2.ibi.deinde, sic omnes pœne doctores. ¶ Paul.contra, dicens effectū nunciationis incipere in.§. nunc.uideamus. Item quia demolitio,est effectus nunciationis,de qua in .l. prætor. in princ. non igitur nunciatio de qua hic. Ad secundam partem legis dicit effectum remissionis esse, ut competat interdictum unde ui, ne prohibeatur ædificare .l. prætor .§. deinde infra eod. de quo nō dicitur hic. ¶ Florent.saluant immo hic poni effectum nunciationis, qui est ut prohibeat ædificare,patet in uerbo (inhiberetur) quod capitur pro-uerbo(prohiberetur)ut in vers.sequēti,ibi.remitteretur &c. Et ꝙ iste sit effectus apertum est, per tex.in .l. non solum .§. sciēdum infra eod.vbi ꝙ facta noui oper. nunciatione, opꝫ eum cui nūciatum est,abstinere,donec &c. Et expresse dici.per glo.in.l.in prouinciali.§.primo sub uerbo,qa possum,infra eo. ¶ Tu aliter consydera,ꝙ uerbum(inhiberet) in tex.nostro,non importat effectum,non enim est aliud in hibitio quam nunciatio ipsa,vt dicitur per glo.in .d.l. non

ſolum,in .§. morte,in uerbo ius prohibendi,quæ ſic intelligit noſtrum tex. unde nunciationis effectum eſſe puto abſtenſionem eius cui nunciatum eſt, quod probari dico per tex. in d. §. ſciendum; qui effectus non ponitur hic cum nihil de abſtenſione proferatur. Nihilominus ſalua Bar. ꝙ iuriſconſul. neceſſario dicat hic de abſtenſione,quamuis tacite,probo per verbum (inhiberetur) ex quo ſumimus inhibitū abſtinere debere,aliter fruſtra hic diceretur,hoc edicto permitti,ut pernunciantem inhibitio fiat, quod concludit abſtenſionem poſt inhibitionem. Non ob .§. nunc videamus, quia ibi explicite incipit dare nobis effectus, quos implicite hic prætor dedit, iungas d.§. ſciendum. Non obſtat ꝙ demolitio ſit effectus nunciationis, quia floreñ. reſpōdet illum cauſari ex cōtemptu prætoris, pro ut habet in eade.l.in.§.ſed & is cui,& in.l. prætor.§.i.infra eod. ubi clarius.Non ob.ꝙ effectus remiſſionis ſit interdictum, quia florent.dicunt illum effectum eſſe ſatiſdationis,ut in.§. deinde. ℭ Caueas quia non ſequitur ex hoc quin etiam ſit effectus remiſſionis:nam ſi ſatiſdanti datur inter dictum fortius dicendum eſt ei dari,cui totaliter fuerit remiſſum,vt qa per eum non ſtabat, quominus ſatiſdaretur ut.d.§. deinde. ℭ Salua tamen Bar. ꝙ effectus remiſſionis ponatur hic, dū dicitur,eatenus quatenus.q.d.remiſſionem non debere fieri nȝ factam valere, niſi eatenus quatenus &c. Do exemplū nunciauit quis ædificanti, iudex remiſit nunciantem ſimpliciter,certe ſi pro parte ædificii nunciare potuiſſet, in eo remiſſio facta non intelligeretur,ſed dumtaxat in quo potuerit nunciare,ſic ponitur effectus, remiſſionis videlicet quatenus porrigatur,& hoc ſenſit Paul.in ſummario. Item ponitur in verſ.is qui nunciaſſet,non haberet. ℭ Ex dictis 12
Bar. habes pronomen hic hæc hoc, eſſe demonſtratiuum ad oculum intellectus.l.fin.ff.de eden.l.hæc actio.ff.de calumniat,cum ſimilibus,& idem eſt in verbo videamus.l. videamus.ff.de in litem iura. ℭ Ex quibus inferendo, habes ꝙ ſi teſtis in palatio poteſtatis examinatus ſupr articulo dixerit illud factum in palatio epiſcopi,ſuper alio dixerit,id

factum in hoc palatio,intelligatur episcopi, referēdo id ad oculum intellectus,ut eius dictum concordetur,nam & verba impropriantur,vt per Bar. in.l.ii.per illum tex.C.de iis qui ex public. rationibus, libro.x. item quia non est præsumendum vt in cōtinēti se corrigat,l.nam ad ea,ff. de cōdit. & demonstr. Pro hac Ruynus adducit quod Bar.in.l.labeō.de supellec.legata dicens fieri repetitionem, vt saluet dictum testis. Nouissimi sequuntur,quando maxime concordia non est omnino extranea,vt hic,& tenuit Ang.in.l. pen.in.§. hoc interim,ff. deposit. ¶ Contrarium tenuit hic Alex.p gl.& Bar.in.l.eos,ad fin.C.de falsis,dicentes tūc ad concordiam testes reduci,cum plēs essent inter se discordes,secus quando vnus,quia puniretur gl.in. c.in nostra de testibus,vbi dominus Ant.cum aliis,vt per eum, qui addit ꝙ dominus Antonius in.c.cum tu,de testibus & Bart.in.d.l.labeo,dicentes,tunc testes ad concordiam reduci, cum non haberent expressam cōtrarietatem,sed hic expressa est, quia pronomen,hoc quando refertur ad corporalia non designat oculum intellectus,gl.in.l. Meuius.§. duobus uersicul. hanc eādē,de legat.ii.pro hac est gl.in l. stipul.ista, in.§.hæc quoqꝫ de verb. oblig.ubi uerba testium vulgari modo,non legaliter intelligi debent. ¶Finaliter concluderem ꝙ aut ex aliis uerbis apparet eum sentire tantum de palatio potestatis vbi examinatur dum dixit,hoc &c. Et absqꝫ dubio uerum dicat Alex.sed si nō apparet,& cohærentia verba utriqꝫ palatio adaptari possent,puta quia q̄dam dixit facta in palatio Episcopi,& aliqua in palatio potestatis,postmodum de eo quod dixit factum in palatio episcopi, repetitus,dixit,in hoc palatio saluaretur, vbi dictum de palatio episcopi non precederet dictum de palatio Potestatis, sed post poneretur in examinis ordine, atqꝫ scripture nā ꝑnomen hoc,tunc denotat oculum intellectus, & memoriæ, circa ordinem depositionis,primæ atqꝫ scripture referendo se ad palatiū episcopi magis ꝓximum, repetitioni maxime non ex interuallo factæ. Argumento relationis, quæ fit ad proxima.l.si idem,cum eode.ff.de iurisd.om. iud. Sed si ē

conuerso, non saluaretur, & tenerem cum Alex. cum dixerit hoc, & ad proxima refert ur vnde in incertis, non certis locus est coniecturis. l. cont inuus. §. cum ita, de verb. oblig. Nec possumus negare, quin isto casu inciderit in magnam diuersitatem. Non ob. φ uerba improprientur vt saluetur, quia neq; largo modo, seu improprie palatium episcopi cōprehenderet sub illis verbis in hoc palatio cum ne dum corporalis, sed etiam mentalis & memorie oculus cesset. Non ob. tēa. l. nā ad ea, quia si sic simpliciter caperetur, numquā testis puniretur de falso. Vnde dicas intelligi vbi uerba (improprie saltim) comprehenderentur, tunc saluetur, quod nō est hic, vt modo dixi. Item non semper incontinenti repetitur. Non ob. φ repetitio fieri debeat vt concordentur, quia verum in dubio, secus vbi expressa contrarietas apparet, ut hic. Aut cohærentia verba, nulli palatio conueniunt, sed simpliciter in vno arti. interrogatus dixit, in palatio episcopi, in alio dixit in hoc palatio, & erat tunc in palatio potestatis, tunc si palatia haberent cohærentiam, crederem saluari. Maxime si per vnum ad aliud esset accessus. Idem dicerem si non cohærent, tamen ex loco vbi testis examinabatur, palatium episcopi poterat videri. Arg tex. nostri. Idē dicerem, ubi factum illud solummodo in palatio Episcopi fieri potuisset, quia tale esset, quod alibi fieri non potuisset, notum esset. Alias tenerem cum Alex. quia referendo pronomen ad corporalia, non importat oculum intellectus, vt supra. Tunc enim importaret oculum intellectus, cum nō examinaretur, secunda vice in aliquo palatio, sed in domo, vel ecclesia sic saluarē aliorum cōclus. & praticharem tex. in. l. iii. ff. de test. ibi tu magis scire potes quanta fides &c. No-
13 tatur primo ex tex. nostro, timenda esse nunciationem, siue iure fieret, siue non iure. Argumento. c. i. de sententia excōmunicat. φ si non timuerit, ædificium prosequēdo, à prætore nullo modo audietur, dicens se ius habere ædificandi, sed eo petēte q nūciat, opus destruere coget. §. sed si is in. l. nr̄a, & in. l. p̄tor ait in princ. infra eo. & in. c. ii. Quod quibusdā uidet durum, quia qui ius nunciandi non haberet, impedi-

ret ædificantem,arg.l.si maior.C.de rescind.vendit. Addas maxime ꝙ publice intereſt ciuitatē ornari.l.ii.C.de ædific. priuat, sic videretur contra publicā utilitatem. Item dicūt iniuriarum occasionem non debere à prætore nasci, à quo iura nascuntur .l. meminerint. C. vnde ui. Quapropter de ratione not. intelligendus est Bal.in conſ. x. primo volumine siue conſ.228. secundo volum.dicit, quia nunciatio est quædam appellatio extraiudicialis, quæ alias dicit prouocatio .c. romana, in .§. si vero de appell. sed actus factus,appellatione pendente reuocatur per viam attentati .c. non solum de appell.in.vi.igitur &c. Iason reprobat ex tribus,cui Florent. respondent. Potissima ratio Iasonis est: quia in appellatione ab interlocutoria(de qua Bal. in ratione)quod factum est ea pendente non reuocatur,nisi prouocatio iustificetur,ꝙ uidelicet iure prouocauerit.d.c.nō solum, ergo sic in nunciatione, stante similitudine Baldi. Abb.in.c.primo,respondet,ꝙ in nunciatione agitur de minori præiudicio,quam in appellationem,cum nūciatio statim remitti possit per satisdationem.l. prætor .§. deinde,& si non remitteretur,non durat vltra mensem .c. fin. eode, non sic in appellatione, quæ fieret ante diffinitiuam.d.c. non solum,vnde quia is cui nunciatum est,non curauit reparare, dispositum est,vt siue iure,siue in iuria &c. Ruynus aliter saluando Bal.ꝙ innunciatione inest inhibitio mortui prætoris,vt in tex.nostro iuncta.l. p̄tor,ob id non sit opus vt iustificetur,sicut nec opus est in appellatione extra iudiciali,post inhibitionem .d. c. non solum. Et licet inhibitio sine causæ cognitione non teneat.c.Romana,in §.quod si abiicitur in.vi.propter quod uidetur ꝙ inhibitio prætoris mortui nō operetur effectum sublationis iustificationis, quod facit contra nostrum tex.ibi. siue iure,siue iniuria,tamen respondetur per doct.in.d.§.& per Abb.in.c. boñ. de appellat.hoc non habere locum in principe,uel in prætore q̄ potestatem habet cōdendi legem,sic neq; in.l.mortua,cū inhibitio legis non egeat iustificatione vt per Bar. in .l. si finita.ff. de dam.infec.taliter defendunt isti Baldum.¶ Tu

aduertas

aduertas ꝙ Bald⁹ tantummodo fundat se in d.c. non solũ, sic reducitur per istos, vt sicut in appellatione extra iudicia li post inhibitionem attentata reuocantur absq; alia iustifi- catione, ita hic, mihi uidetur durum, ꝙ ratio istius textus ca- piat̃ à.d.c. non solum, quod post hanc.l. plusquã per mille annos confectum fuit, vnde potius dicam ẽ conuerso, uide licet ex ratione textus nr̃i. prouenire decisionem.c.nõ so/ lũ, unde mihi non placet Baldus. Præterea debemus aduer tere, ꝙ resolutio Bal.& aliorum nõ importat rationem, sed potius similitudinem, nos uero quærimus ratiõe. Con- cludo bonam esse rationem illam Romani, ꝙ quia qui fecit opus prætorem cõtempsit, ideo siue iure, siue iniuriam nun ciatum sit, opus destruet̃, quod clarissime dicit̃ per Vlpian. in.l. prætor.§. interdictum infra eo. & ponitur in .l. i. ff. quod vi aut clam, & ex hac motus est Pontifex in .d. c. non solum, uersiculo, & licet, miror doc. ab hac uariasse. ¶Ad/ uertendum est, ꝙ in.d.l.i. oportet ꝙ uim passus habeat ius in re, quo mediante deueniat̃ ad operis destructionem, sic ibi notatur quod uidetur facere contra tex. nostrum, in uer bo (siue iniuria). Respondent Ruynus & Florent. ꝙ ibi non dicitur contemni prætor ex facto, seu simplici molitio ne, sed ex uiolentia simul cum facto iuncta, quæ violentia uerificari non potest in eo qui nullo iure foueatur, oportet igitur actorem iure foueri sic possessione, ut habeat inter/ dictum, sed in casu nostro sola ædificatione post nunciatio nem, dicitur contemni prætor.d.§.interdictum, igitur &c. Et hæc una diferẽtia est inter noui operis nũc, & interdictũ quod ui, aut clam. ¶Consyderarem hoc uerum esse respe/ ctu uerbi (ui) nõ autẽ uerbi (clam) in rubrica illa positorum. Nam clãdestinitas committitur per faciẽtem opus, etiam ubi accusãs in re nullum ius haberet. Et tamen ibi gl. uult. ꝙ alias non sit necessarium, opus destruere, quam si accusãs habere ius in re iustificaret. Vnde uel dicere opus est, ꝙ illa male loquatur (quamuis cõmuniter approbetur) uel dum dicit accusãtem esse possessorem intelligatur largissimẽ in detẽtore, dummodo ex clãdestino facto detẽtor fuerit inio-

riatus,ut sumerē per tex. in.d.l.i. in.§.i. ibi tueri enim debuit ius suum non iniuriam committere. ¶ Sed iterum aduertendum,ex hoc non esse contrarium sublatum,nam secū dum p̄dicta tex. noster in uers. siue iniuria,iūcta.l. prætor, nō uideretur habere locum:hoc est, nō uideretur opus destrui debere,nisi nuncians fuisset iniuriatus,quod ē cōtra textus generalitatē, doctoresq;,ut supra.Dic.ergo,argumentū ex præfata gl. ad tex,nostrum non posse valere, tamquam ex casu & materia diuersa.l. Papinianus exul. ff.de minoribus, probo sic,nam interdictū illud nō datur,ubi quis in solo suo à se possesso ædificaret in detrimentum rei meæ,puta si luminibus meæ domus officeretur,arg.declaratiōis modo datæ,& nihilominus hic est propriæ casus in quo nouū opus nunciari debet.l.de pupillo .§. meminisse infra eod. Item illud interdictum fundatur in iniuria,quam infert ædificās aduersus alterū.d.l.i ibi tueri. n. debuit ius suū, nō iniuriam cōmittere,sic in iniuriam partis , hoc vero nostrum edictum fundatur tantum in contemptu prætoris. Non igitur consyderabit̄,ius nunciantis. Vlterius dico,q͞ tex.in .d.§.& parui refert,nō faceret pro nobis , ut supra diximus, nam dum dicit,iure siue iniuria,loquitur respectu faciētis , & videbatur,q͞ quādo iure ædificaret,nō incideret in interdictum,tamen incidit ob iniuriam alteri factam , sed in dicto nostro,ibi iure,siue iniuria,loquitur respectu nunciātis & videbatur,q͞ quando nūciasset iniuriose opus destrui nō deberet.tamen destruetur ,quia prætorem cōtempsit, casus igitur est diuersus ergo &c.d.l.Papinianus. Nouiter insurgit Ruynus, malam esse dispositionem in tex. nostro , cum inuitet ad delinquendum,nam de facile malus homo nunciaret.cōtra.l. cōuenire.ff.de pac.dotal.quæ lex ēt in dispositione legis,locum habet,secundum Bal.in.l.eam quam in col. fin.C. defideicommiss. Florent. respondent,q͞ lex nostra loquitur,quando dubitaretur,an haberet ius nunciādi, sicut dicitur de citatione.l.ii. in principio .ff. si quis in ius voca.non ierit.l.si quis ex aliena .ff. de iudiciis cōtrarium haberet locum,quando clarescceret,nunciantem,ius nō ha-

bere. ¶ Secundo respondetur non esse uerisimile nunciãtem uelle iniuriare, cum iuret de calumnia .l. de pupillo .§. qui opus, titulo nostro. Addas videri hoc non habere locum, cum iuretur coram prætore, sed ante nunciatum fuit in ædificio, puta ipso, illo, interim destitit ab ædificando, sed dic timore, ne cõdemnetur ad interesse potiusquam ex iuramẽto. ratio uera erit. ¶ Tertio respõdetur prætorem cõsyderasse difficultatem, difficilius enim destruitur opus factum, ne ciuitas deformetur. l. prætor. §. interdictum infra eo. quam ꝙ ædificare impediatur. l. patre fur oso. ff. de iis q sunt sui vel alic. iuris igitur &c. ¶ Quibus relatis, ex prima respõsione capio, ꝙ is cui nunciatum est, posset quærere de causa, cur videlicet aduersarius ipse nunciet, nam respõdere tenetur, vt Bar. hic in .vi. quæstione, quæ si friuola patebit, poterit vocare homines circumstantes, vt arbitrẽtur, an clare cõstet esse iniustam, quibus hoc arbitrantibus, ædificium spernẽs, nunciationem prosequetur. Sic limitarem textum in. d. §. sed & si is, ibi actionem ei denegare, & interdicto de opere restituendo reddere, infra. l. nostra. Alias limit. vide per Ias. hic. ¶ Secundo notatur ex hoc tex. fieri remissionem nunciationis, licet aduersarius nunciandi ius nõ habuerit. Vnde inferũt, ꝙ licet fateatur quis se fuisse absolutum, nõ per hoc fateri se fuisse excommunicatum, sic Bar. in vlt. quæstione hic est tex. in .c. venerabilẽ, de elect. vbi Abba. Et infert, ꝙ petendo quis veniam, nõ videtur fatere delictum, & ꝙ per instrumẽtum legitimationis nõ ꝓbat quẽ fuisse illegitimẽ natuum, Bal. cõtra in. l. ii. de iure. aure anu. Et per instrumẽtũ pacis nõ probatur guerra, Bar. in. l. legata inutiliter. ff. de adim. legat. uide similia ꝑ Florent. quæ omnia tu addas per limit. regulæ. l. decem. ff. de verb. oblig. ¶ In glossa super verbo edicto, habes, ꝙ hoc dicitur magis interdictum, infra eo. l. prætor ait. §. i. Cum igitur ex hoc pateat fieri diferẽtiam, Bar. examinat, qualiter, & in quibus differant. Primam conclusionem eius habes, ꝙ ex edicto non semper nascitur interdictum, sed quãdoq; actio in fectum patet in. l. si id quod. ff. de iurisd. om. iud. in. l. i.

.ff.de iis qui deiecer. vel effuderũt. Sic tenet contra glo. in .l.prætor ait,in.§.i.infra eod. dum ibi concludit interdictũ ab edicto differre, ficut actio differt ab obligatione,de quo in.l. licet.§.ea obligatio,de procur. ¶Secũdam habes male dixisse Odofr. ꝙ interdictum fit etiam si prætor nõ præceptiue loquatur,sed cum modificatione,patet in .l. prima in principio iuncto .§. i.ff.ne uis fiat ei. Iason respondet, ꝙ illud est ædictum:ut patet in uerbis inferioribus Florent. ꝙ immo interdictum,ut per Bar. & omnes,patet,quia ponitur inter interdicta. Nec ob ꝙ iurisconf. vtatur, ibi verbo edictum,quia tunc vtitur nomine generis. Secundo dicit Iaf. ideo illud esse interdictum,quia prætor loquitur præceptiue,vt patet in rubro,argumento not.in proxm.vi.super verbo titul. Ruynus hoc nihil esse,quoniam in.l.i. iuncta glo.ff.ne quis eum,tex. appellat illud prætoris edictum & tamẽ verba rubri sunt præceptiua,vide.l.iii.in.§.fin.eod. titulo,sed quia hoc ẽ cõtra Bar. hic,ideo nos aduertit ꝙ in titulo ne quis eum,uerba præceptiua impersonaliter proferuntur,quo casu non loquitur Bar.hic, dum concludit,ꝙ si prætor præceptiue loquatur,fit interdictum. ¶Finaliter ex dictis doctorum tu conclude,ꝙ aut prætor loquitur per verba modificatiua,puta iudicium dabo,actionem dabo, proprie fit edictum, sic.d.l.si id quod,&.d.l.i.ff.de his qui deiecer. ¶Aut prætor loquitur per verba præceptiua, tunc si impersonaliter proferuntur,dicitur edictum .d. l. i. nequis eum per rub.& nigrum vt dixit Ruynus, tamen dubito ꝙ impersonaliter,proferant,sic etiam est rubrica,ne uis fiat ei tamen stante pro vero. Dicõ ꝙ fallit vbi poneretur inter interdicta,probo per tex.& rub.ne quid in loco sacro. Vnde large dicetur interdictum, sic .ff.ne quid in flum.publico. ¶Si vero verba dirigantur in personam,& si specifice non designent,vocabitur interdictum,vt hic in tex. nostro per Bar.& doct.ex ratione quia verba sic diriguntur, dicitur inter duos redditum, quo casu dicitur interdictnm insti. de interd.in ult. verbis & ibi glo.Nihilominus,quia tex.ibi mẽtionem facit de illo,ne quid in loco sacro,& vocat id inter

dictum,quod tamen non formatur inter duos,vt glo. ibi q̃a inter duos &c. Dicas aliter, quod quotiẽs prætor aliquid fieri prohibeat, interdictum eſt, ſic omnes prædictæ rubricæ procedant,quicquid dixerint,doc.probo per tex. in .d. §.i. inſti.de interd.verſ.ſunt quidam, qui putant proprie interdicta vocari,quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere eſt prohibere,non enim Imperator illud negat, immo firmat. Non ob.quod ſequitur dicendo etiam prohibitoria dici interdicta,quia illud reſtringitur ad rationem, ꝙ redduntur inter duos. ℭVnde ſic dicas, ꝙ aut prohibetur, & erit interdictum,aut non prohibetur,tunc ſi redditur inter duos,eſt interdictum,ut patet in titulo vnde ui. Itẽ de liber. exhiben. & de liber. homi.exhiben.vbi omnia ponuntur,& quorum bonorum,& quorum legatorum. In quo vltimo aduertas,quia dicitur formatum inter duos, & ſi prætor dixerit imperſonaliter,patet circa principium quorum legatorum.Item illud ne uis fiat ei. ℭAut nõ redditur inter duos & erit edictum,ſic infero cõtra Bar. & doct. hic. Non ob. tex.in.§.interdictum in.l.prætor ait,infra eod.qui pro contrario ſignatur,quia redditur inter duos ideo interdictum eſt,patet ibi id reſtituas,& prius dixerat quo in loco factum eſt,quod intelligitur per te, ſic alloquitur duos. ℭ Ex quibus infero,ꝙ in tex.noſtro ibi ſiue iure,ſiue iniuria ponant verba edicti per Vlpianum.& in.d.l. prætor,ponatur interdictũ,ſic declaro glo. in.d.l.prætor ait,in ſuis vlti. ſolutionibus. Item & aliud interdictum,in.§. deinde in.d.l. prætor. ℭ Quarto ex verbis Bar.habes, q edictum eſt genus, quod intelligo figuratiue,ac ſub alternum,non generaliſſimum,ne ſit contra tex.in .l. legem.C. de legibus, vbi & lex ciuilis dicitur edictum,nos autẽ hic dicimus de prætoria tãtum,& diuiditur inter edictum,& interdictũ,ſic in.l.ii.ff. de adoption. Affirmo & in genere ſumitur,in.§.prætorum. Inſt.de iur.nat.gen.& ci.In ſpecie vt ſupra diſtinximus ab interdicto. Vnde patet ex his,interdictum eſſe legem prætoriam. Ruy. ꝙ immo eſt actio vel ſaltem ſimile actioni ſic denominatum,probat,quia lex prætoria eſt perpetua,

Bar.in.l.v.de verb.oblig.l. penult.de interd. ¶ Secundo antiquitus actiones impetrabantur sub formula verborum .l.i.C.de formul.l.ii.§.deinde ex his,de orig.iuris.cum igit instar habeat actionis,dicetur ius quo ꝓsequimur, sicut in principio insti.de actionibus,non autē propter quod, sicut est prætorium, ius. ¶ Tertio in interdictis,lis contestatur & habet ratio fructuum eo tempore, sicut in actionibus. tex. est,vbi glo.in.l.iii.ff. de interdic.iuncta.l.videamus in .§. actionem.ff.de vsuris,ergo &c. Hanc opinionem ante ipsum tenuerunt Alber.Cumanus,& Imo.in .d.l.prætor . Dicentes edictum esse legem prætoriam, quæ scribebatur in publico,interdictum esse formulam agendi, descendentē ex edicto illo,quod etiā sequutus est Paul.de Castro. ¶ Cōcludo interdictum esse speciem edicti,vt supra firmatum ē, & esse prohibitoriam prætoris dispositionem, vel non prohibitoriam,dummodo inter duos.d.§.pen. inst. de interdicti. Pariatq; actionem nominatam in factum, ut patet in rub. de interd. ibi vel extraordinariis actionibus quæ pro his exercentur,quod est consyderatum â Florent.vbi est clara glos. Sed addas meliorem glo.in.§.fin.inst.de interdic. sed quoniam per hoc non remanet contrariis responsum, subtilius inuestigando dicas hic per Ruynū,ꝙ actio nō orit inmediate, ex interdicto, sed ex contrafactione eius,qui venit contra interdictum,ex illo actu cōtraueniēdi. Addo tex. in.l.fin.ff. de interdic.ibi quæ ob delic.eorū, quæ actio retinet etiam nomen interdicti,sic intelligo totum titulum.ff. de interdic. Et est annalis, quādoq; perpetua.l.pen.de interd.& .l.i. in fine,sed interdictum, prout capitur, pro lege prætoris,semper est perpetuum,vt supra fecimus cōclusio-

16 nem. ¶ Glossa in verbo opus non diuiditur, per breuitatē, dum dicit, ꝙ ex post facto apparebit, sed cognita veritate. Notatur per Bar. & doct.ꝙ si appareret nunciantem non habere ius nunciandi, sperni posset nunciatio,mouētur.xii,fundamen.quæ videbitis,dū respondebo; ¶ Contrariam partem in puncto iuris veriorem dixere Ias. & Ruy. ꝑ textum nostrum,& in .l. prætor ait.§.i. & .§. prætor ait, &

in.l.nostra.§, sed si is, in quibus patet iureconsul. indistin/cte loqui, hoc est, siue quis habuerit ius nunciandi vel non, sperni non debet, immo timeri, neq; post ipsam aliquid ædificare, donec remissio fiat, ad quod notat verba in.d.§.i.ibi qui igitur facit, & si ius faciendi habuerit, tamen contra in/terdictum &c. ideo destruere cogitur, & in.§. ait prætor ibi neq; interest iure factum sit, à non. Et in.d.§.sed & si is, ibi deinde ceperit agere ius sibi esse ita ædificatum habere, prætor actionem ei denegare debet, & interdictum de opere re/stituendo reddere. Bene igitur uides, ꝙ prætor noluit at/tendere aliud, quam contemptum post nunciationē, sic pa/tet expresse, ꝙ remouet æquitatem consyderatam per doc. in.vi.infra posito fundamento, dicentes non esse verisimile prætorem, qui præ oculis habet semper æquitatem, voluisse ligare nnnciatum ex nūciatione calumniosa, quod fuit Ab/batis in.c.i.d nou.operis, nun. sed vt ordinatim ꝓcedamus. ¶ Ad primum fundamentum cōmunis opinionis, respon/dent, ꝙ ideo in.d.l.ii.ff.ne quis eum. spernitur citatio, quia erat ipso iure nulla, uocauerat enim sine venia patronum, contra titulum .ff. de in ius vocan. secus quando valida, li/cet calumniosa fuisset, tunc enim non bene sperneretur, vt in eod.titulo.l. sed eximēdi, in.§.pen.præterea non dicitur ibi sicut hic, siue iure, siue iniuria, sic Florent. ¶ Ad secun-dum & tertium de.§. fin.legis nostræ, & in.§.ꝙ si in mari di cam esse defectum circa personam, quia vsufructuarius nun ciare non potest, & circa rem, quia littus maris est occupan tis, in casu nostro, defectus est in causa, quapropter minor defectus est, vt per Bar. in.l. in prouinciali.ff.si cer.pet.nū/ciatio igitur tenet. ¶ Ad quartum, dicunt opinionem glos/sarum, quæ per Bar. adducuntur, non probari iure. ¶ Ad quintum sic, regulā de.l.ii.ff.de his qui sunt sui vel alie, iu/ris. Dum ex ea argueretur ad casum nostrum, ꝙ quia nun/ciatio facta tollitur per prætorem cognita iniquitate prop/ter quod videt, ꝙ tanto fortius à principio sperni possit, lo/cum habere dicunt in terminis non diuersis, in casu vero nostro diuersificant, cum ex post facto consyderetur, & ad

ſit authoritas iudicis remittentis,ſed á principio tantum au thoritas eius, qui ſpernit nunciantem. ¶ Ad ſextum reſponſum fuit,ante primum,& etiam dic,ꝙ non conſyderat iniquitas nunciãtis,cum ſtatim nunciatus ſubuenire poſſit per ſatiſdationem. ¶ Ad ſeptimum.l.,qui viam, in titulo noſtro,dicunt habere locum,quando reficeret,non quãdo nouiter in via ædificaret,nam hoc caſu non ſpernitur , ut hic ¶ Ad octauum ;l.i. in.§.ita demum,de remiſſ.dum ibi dicitur valere remiſſionem ,vbi valuerit nunciatio,ꝙ intelligatur effectualiter. ¶ Ad nonum videlicet .l.de pupillo.§.ſi plurium,el.ii. ibi fieri poteſt,ꝙ nunciatorum alter habeat, alter non habeat ius nunciandi, dicunt intelligi , vbi alter ex defectu perſonæ non haberet:vt in 2.& .3. dictum eſt. ¶ Ad decimum ideſt.l.ii.ff.ſi quis in ius voc.non ierit, ibi, vt hoc ipſum ſciatur an iuriſdictionis eius ſit, ex quibus capitur,ꝙ quando á principio ſcitur,comparere non tenetur,dicunt,ꝙ ibi non diſponitur iure,ſiue iniuria fiat, ſicut hic. ¶ Ad vndecimum alias notata per glo.in .l. auxilium .ff. de minor.iuncta.l.is qui ope.in.§.fin.de adult.ubi regula illa,ꝙ maritus abſq; calumnia de adulterio poſſit accuſare,limitatur ,non vendicare locum , vbi euidens calumnia pateret, propter quod ſic dici deberet in caſu noſtro. Dicunt,ꝙ illud verum eſt,vbi coram iudice de calumnia conſtaret,non extra iudicium,vt Bar. in.l. quædam puella , de iuriſd.om.iud. hic non præſupponimus iudicem,ſed ſolam ſpernentis voluntatem ,cuius de nunciantis calumnia cognitio non erat. Ad duodecimum de.l.i. in .§. hæc uerba .ff. ne uis fiat ei,dum ibi dicitur in interdictũ non incidiſſe illum,qui uim intulerit ei,qui uocatus ex falſa cauſa fuerit in ius,dicunt illud interdictum dari contra vim facientem, in quantum intereſt. Vnde quia nõ intereſt eius,qui (vt ibi) vocauit,igitur &c. Addo ꝙ ibi attenditur intereſſe,hic nõ vt patet in ſupradictis,nam hic prætoris contemptus ¶ Ad xiii. ſic.l.diem proferre in.§. ſtari.ff. de arbitr. vbi glo.ꝙ iudicis ſententiæ non ſtetur,quando de dolo eius patet, dicũt quia ibi tractatur de irreparabili damno,hic ſecus, quia per

ſatiſda

satisdationem &c. vt in vi. dixi. ¶Ad xiiii.de .l. non solũ .§. morte infra eod. dum ibi dicitur, ꝙ nunciatio finitur morte, sic videtur, ꝙ non sit nunciatio, vbi & in persona eius, qui ius non habuit nunciandi, vt casum præsupponimus nos. Dicunt hanc non esse rationem illius tex. sed illa quia morte dicitur finiri voluntas, l. iiii. ff. loca. ¶Ad illas decisiones additas per Alex. Ruynus dicit, ꝙ minimê faciant, quia non solum ab initio, sed etiam ex post facto potest appellari, & notoriæ nullitatis exceptio opponi. Nam si ex post facto de nullitate manifesta pateret, satis erit ad exceptionem iustificandam, Innoc. in c. ii. de purgat. vulg. Abb. in c. inter cætera, de re iudic. in casu nostro non sic, nam si ex post facto de manifesta calumnia nunciantis appareret, nunciatio non tolleretur. d. §. sed si is, & ibi Bar. non ob. iura alleg. in dictis decisionibus, quia non dicitur in eis vt hic, videlicet siue iusta, siue iniusta, sic Ruy. dicens in pũcto iuris posse teneri contra communem, quamuis aliter in iudicando & consulendo. Iason. alleg. tex. in l. i. in .§. & parui. ff. quod ui aut clam, ibi siue enim ius faciendi habuit siue nõ, tamen hec interdicto tenetur. Florent. tex. in .l. sed eximendi. §. pen. ff. ne quis eum. vbi eximens eum qui per calumniam vocabatur, tenetur illo interdicto. ¶Ego finaliter cum communi opinione transirem, etiam in pũcto iuris, per .vi. fund. huius partis supra relatum, quod vide. Nõ ob. responsio eorum, quia dico satis grauari quem ad satisdandum, si satisdare cogeretur, & forsitan nec modum satisdandi haberet. Non ob. ꝙ non attendatur nunciantis calumnia, sed solum prætoris contemptus, ut in .xii. dixi, quia dico, Qua ratione non attendi prætoris contemptum, in d. .l. ii. ff. si quis eum, sic nec in casu nostro, cum eadem sit ratio. Et si replicares esse diuersam, cum hic adsint verba siue iure, siue iniuria, vt ad decimum retulimus, triplicarem vt nunc in solutione contrariorum dicam. ¶Secundo moueor per tex. in l. de pupillo in .§. qui nunciat, infra eod. vbi nuncians necesse habet exprimere causam, ergo calumniose nuncians non est timendus, nec ædificans impeditur,

isi volumus dictum de causa, non reddi vanum. ¶Tertium per tex. in. §. fin. legis nostræ & . §. ꝙ si in mari, nec ob. ꝙ in is sit defectus personæ, ut ad secundum & tertium, dixi, qa mihi hoc refugium est miserorum. ¶Veniamus ad contra ria, & primo cõsydero petitã venia possibile esse, ut omnes deceperint se fũdãtes in verbis iure siue iniuria, nã talia ver ba non reperio nunciantibus adiecta, hoc est, ut siue iure; si ue iniuria nuncient (ut ipsi præsupponunt) sed adiiciũ tur ei cui nunciatur, hoc est, siue iure siue iniuria fieret opus Nec ob. si replicares hoc nihil differre, cum & si iuste quis ædificat, sequatur ꝙ iniuste sibi nuncietur, & quando quis iuste ædificat, nihilominus nunciatio tenet, vt in tex. nostro. Quia responderem negando consequentiam, nam non sequitur, quis iuste ædificat, ergo alter iniuste nunciat. sumus enim in personis diuersis, in quibus diuersi respectus cadere possunt, potest enim quis iuste ædificare, potiora tñ iura, quamuis non apparentia nuncians habere, unde in du bio nunciatio sperni non debet, cum tunc potius prætor sperni diceretur, sic intelligo legem nostram, cum simil. Secus uero, ubi notoriæ pateret de manifesta calumnia nunciantis, tunc .n. prætor sperni non diceret̃ neq̃, curat si ædificetur, cum sit æquus, & non iniquus. l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo ꝙ cert. loco, & vulgaria cantant. Addo tex. l. nostræ in. §. inde quærit, ubi prætor se ipsum consyderat, quatenus partes iura suadeant. ¶ Ex quibus infero cõtra glos. hic Bar. & doct. dũ dicunt, quod ex post facto apparebit, nam hic textus non consyderauit taliter, sed ꝙ in imo si de præ senti pateret iuste fieri opus nouum. nunciatio tamen time ri debeat, adeo ꝙ si is cui nũciatum est ædificauerit, destruer̃ cogetur, nisi euidenter appareat nunciantem esse calumnio sum. Non ob. tex. in. l. i. §. & parui. ff. quod ui aut clã, quia ibi uiolentia est non tantum prætoris, sed etiam partis. itaq̃ priuati, similiter dicas ad tex. l. sed eximẽdi. §. penul. ff. neq̃s eum. ¶Sed contra communẽ hanc opin. satis vrget, quod in. xi. fundamento dixi, ꝙ non decet partem cognoscere de calumnia nunciantis, addo tex. in. d. §. sed & si ibi in. l. no

ftra. Vnde concluderem,cōmunem , oppinionem locum habere ubi notorie &c.vt fupra , & fi quamprimum is cui nunciatum eft adiuerit prætorem,fed fi iudicem nō adiret, crederem nō fufficere calumniam nunciantis notariā effe . ¶Vnde fic aut eft dubium dę iure nunciantis, tunc & fi qui ædificat iufte faciat fpernere,nō debet,hic eft cafus noftræ legis. Aut clarefcit nunciantem , ius non habere , tunc fi notorie clarefcat,poterit fperni nunciatio in ædificādo,fed non in acceffu prætoris,qui quamprimū debet adiri , eritq; audiendus,hoc modo(credo)loquatur tex.in.§.totiens.l.de pupillo faluaremq; cōmunem,vt dixi,& limitarem tex.in.§. fed fi is,in.l. noftra . Si vero non notorie , fed tantummodo ædificanti,nunciatio fperni non debet.d.§. fed fi is , & tex.in.l.noftra . Nifi nuncians non haberet ius nunciandi ex defectu perfone,ut eft vfufructuarius,fic in fine legis noftræ. Vel ex dafectu rei.d.§.fi quis in mari,& in .d.l. fi quis viam.vel quia illa certitudo effet,de qua Bar.infra in.i.q̄ft. Addo dum diftinxi notorium,argu.c.cum olim de verb.fignificat. Vnde iudices aduertant,ne fubito repellant ædificantes,tanquam poft nunciationem, quia fi is , qui fpernit nunciationem,cum iudicem ipfum adiret ftatim , aliquam ex dictis caufis allegaret , quas fpernere poteft , audiretur . ¶Gloffa in verbo,per nunciationem,diuiditur in tres in.i. declaratur tex.dando rationē declarationis , vfq; ibi poteft tamen,in fecunda quærit,& refpōdet. Vfq; ibi,fed argumētum contra in tertia arguit,& non foluit. ¶ Ex prima ha- 17
bes nunciationem debere timeri,nifi effet ipfo iure nulla,iuribus vt in ipfa,Bar. addit cafum pofitum in.l. de pupillo. in .§. nunciationem . Concludas fieri nullam, ratione perfonæ, rei,loci,feu temporis,vt in his,Paul.limitat.Hæc nifi per prætorem ipfum viuum nunciaretur,tunc perfonæ refpectus, vel &c.non attēderetur,fed ceffare debet opus do/ nec nunciatio remittatur,per glo.in.l.fi opus,in verbo, deinde,quam fingularem not. Alex. Qui fequitur fublimitādo,vt non procedat,vbi nunciatio contineret manifeftum iuris errorem,puta nunciaffet,prætor ne reficeret riuum pu

blicum argu.l.ii.quando prouoc.non est necesse, tu attendas, ꝙ non loquimur nos in reficiendo, sed in nouo opere faciendo, superius, vt diximus, & glo. in.l.qui opus, cū suis alleg. loquitur in reficiendo, vnde Florent.dicunt, ꝙ nunciatio prætoris nō differt à cæteris, per.l.de pupillo in.§.meminisse, vbi æquiparantur illa prætoris, & illa partis. Sed mihi videtur totum econuerso, ibi enim patet efficaciorem esse illam prætoris, quia per eam is cui nunciatur non constituitur possessor, vnde per istum quoq; tex. transibo cum Paul. & cum Alex. Non ob. ꝙ in reficiendo &c. ut supra, qa respondeo ꝙ tanto fortius in nouo opere inchoando, seu faciendo nunciatio prætoris timeri debet, argu. vers. opus, & .§. si quis ædificium, sed uidetur, ut hæc stare nō possint, quia in glo.d.§. deinde, est manifestus iuris error, quia contra.§.totiens.l. de pupillo. ¶ Ex secunda parte glossæ colligas conclusiones per Bar. & nouissimos de quibus dicetur in tex. ¶ Ex tertia similiter per nouissimos. ¶ Glossa in verbo deinde, diuiditur in tres. In prima designat, in quo loco disponuntur, quæ in isto versiculo, seu 2. parte tex. In secunda opponit. & soluit. In tertia soluit aliter designando alium locum, secunda ibi, sed certe. tertia ibi, vel dic. ¶ Redeundo glo. designat ꝙ secunda pars litteræ nostræ disponitur in hoc edicto, scilicet in.l. ait prætor. in principio infra eod. in secunda oppo. ꝙ immo in.d.l. ait prætor non inuenitur dispositio huius tex. ꝙ eatenus, quatenus & c. Sed illud fit in.§. deinde tamen soluit, ꝙ eo ipso, quo dicitur ibi destrui factum ante remissionem, permittitur fieri remissionem. Argu.l. si quis locuples.ff. de manu.test.l. si quis.§. prohibetur.ff. eod. & cōmuniter sequuntur. ¶ Contra cōmunem arguerē, ꝙ illud in .l. prætor ait, est interdictum, vt patet in.d.§.i.ibi interdictum hoc, & superius probaui, dum discussimus de edictis. Ad contrarium .d.§.deinde, similiter dicamus ꝙ est interdictum, vt patet in sequen. ibi, hoc interdictum. Item in §. deinde, non loquitur de remissione, de qua hic, scilicet quando remittitur, quia nuncians non habuerit ius nūciandi, sed de remissione, mediante satisdatio-

ne, vnde transirem cum secunda solutione glos. nostræ, ꝙ noster tex. ibi hoc edicto, loquatur de quodam edicto non apparente in titulo isto. Cum hac Iac. de Rauen. & Cuman. transiuere. ¶ Bartolus opponit, sed aduerte, quia doct. in miscēt hanc Bartoli cum illa glosæ, videt̄ eadem, tamen diuersa est, glo. enim opponit de remissione, Bar. vero de nūciatione permittenda, melius tñ res patitur, vt primo illam Bartoli examinemus. Bartolus inquam, opponit, ꝙ nunciatio non permittitur hoc edicto scilicet illo in. l. ait prætor soluit per glo. eo ipso quo mandat destrui factum post nunciationem, videt̄ permittere nunciantē, aduerto verba sua, ibi, dicit glo. &c (vt puto) non aduertit ad glo. quæ de remissione, non autē de nunciatione loquuta est. ¶ Contra Bar. & communem, Cumanus insurrexit, per tex. in. l. prætor, in. §. interdum ibi dicitur ꝙ illud, ne post nunciationē quicquam fiat, expressum est in edicto, ergo nō loquitur de edicto superiori, cum in illo non sit expressum, sed per conseqūntiā & tacite sumatur, ut idem Bar. & omnes, & nunc vidimus. ¶ Secundo arguerē, quia in d. §. interdictum dicitur in edicto expressum esse, opus factum post nunciationē, destrui, nisi vice remissionis fuerit satisdatum, & tamen in principio. d. l. nullum verbum fit de satisdatione, non ergo viderem quomodo hic iuriscōs. fuerint loquutus de illo edicto, itaq; transirem cum vltima solutione glosæ. ¶ Ex qua infero superuacuam esse oppositionem Bar. ibi ad istud oppono fortius &c. Immo dicerē, ꝙ per verbum (permittitur) probetur iurisconsul. hic non intellexisse de edicto de quo in. d. l. ait prætor, quia ibi sumitur tacite, vt Bar. hic argumētatus est, quicquid isdem dixerit in sua solutione, quæ mihi parū placet. ad quod regula, quod verba in potiori significatu &c. l. i. ff. si ager vectig. &c. nō igitur viderē quomodo verbum (permittitur) in tex. nostro capiatur, quo ad mentem, tantum, non quo ad verba, facit regula. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pup. ¶ Et etiam infero vanam esse opositionem Bar. ibi oppono, dicitur &c. Ea tamen bene menti tenēda est, quia pulchra. Nec prætermittā, quod super ipsa

dixit Bar. in.d.l. ait prætor. ¶Ad quæstiones huius primæ partis deueniamus. Ex prima Bartoli babes secundũ doc. ꝙ per vnum ex tribus, res dicitur certa, videlicet per instrumentum sententiam, & euidentiam facti.c.cũ olim, de verb. signific. ¶Aduertendum, quia Bar. illud adduxit ad probãdum tantummodo, ꝙ per confessione dicit notoria res, nã de instrumento nihil ibi habetur. Nisi responderes, ꝙ in illis verbis, vel probatione legitime nota. contineatur etiam ꝓbatio per instrumẽtum, vide glo. in.l. i.ff.de fide instrumẽt. ¶ Sed hac ratione stante, videretur dicendum, vt & probatio per testes, ibi contineatur, qua de re sequeretur, ꝙ is cui nũciatum est, deberet admitti, ad probandum per testes se ius habuisse: Ita ædificatum habere post nunciationem, tanquam notoriam rem allegans, quod esset contra tex. nostrum in.d.§.sed is. ¶Vnde concluderem, ꝙ per testes legitime receptos ante nunciationem, certitudo probatur, & eo casu nunciatio sperni potest, & hoc modo audiretur, allegans ius sibi fuisse post nũciationem, ædificatum habere, vt in terminis.d.§. sed & is. Et intelligas publicatos & vbi contra eos. vel eorum dicta, pars nunquam opposuisset, vt infra dicemus de instrumentis, sed si opposuisset, non crederem certitudinem, seu rem notoriam haberi per testes, nisi super his lata sententia fuisset, sic intelligo.d.c. cum olim, ibi legitime nota. & c. alias frustra in.d.c.fin. de cohabit. cleri. & mulier. poneretur verbũ sententiam, ibi, notorium ꝑ sententiam. ¶Et hæc intelligas in testibus examinatis inter ipsas partes, sed si non fuissent examinati cum nunciante, dic vt in trac. meo editionis, in articulo de dictis testium, an & quando inter alias personas & c. Sed si quis vellet testes post nunciationem examinare, non audiretur, nisi destructo opere, sic tex. in.d.§.sed si is. ¶Deueniamus ad instrumentum, dicit Bar. ꝙ per instrumentum res dicitur certa, ita vt nunciatio sperni possit, intelligas confectum inter easdem personas, ut hic Ruynus. Argumento notat. Bartoli in.l.ii. .C. de eden. Item intelligas vbi contra instrumentum nõ esset oppositum de falso, sic Imo. & Florent. dicunt voluisse

hic Bar. argu.l.fin. C.de fide instrument. vt euitetur contrarium illius legis, vbi patet, ꝙ opponit contra instrumentum, sic sequitur, ꝙ per id res certa non dicatur. ¶ Crederē in hoc punto debere consyderari, ꝙ vbi quærimus an nunciatio sperni possit, instrumenti vigore nuncianti alias notificanti, dicas ꝙ sic. si contra instrumentum non fuisset oppositum ex aduerso per nunciantem, tunc enim res dicit certa. It aq; vbi quis ædificauerit post nunciationem, audiri debebit, absq; ædificati demolitione, si in continenti produceret instrumentum, contra quod oppositū à sciente non fuisset, quamuis opponi posset. Moueor, argu. tex. in .l. vnica .C. de dic. diui. Adria. tollendo, ibi non abolitum, neq; cācellatum, sed prima figura &c. Et de tali instrumento intelligo, ꝙ prima figura &c alias, & si à parte non esset oppositū iudex audire non debet, nisi opere demolito. ¶ Dum Bar. dicit per euidentiam facti rem esse notoriam, seu certam, & per sententiā, similiter dicas, & per cōfessionem iudicialem, quamuis alio tempore factam, tex. est in.d.c. fin. de cohab. 20
cleri. & mulierum ¶ Quærit secundo Bar. an per nunciatorem causa necessario exprimenda sit, admodum, dicit sic, si à nunciato petita fuisset, sicut est in libello, quod limitat, sicut videbimus in .vii. quæstion. ¶ Secundo limitat per ipsum in consilio .64. vt non procedat, vbi quis nunciaret in publico ædificanti, nam tunc etiam non interrogatus causam dicere debet. Et ratio melior est illa, quam Bal. in .l. necessario. ff. de acquiren. hæred. videlicet, quia nunciās minus iuris (eo casu) nunciādi habet, quā vbi quis ædificat in suo priuato nunciantis (propter quod videmus, ꝙ licet alias ædificans satisdare teneatur) tamen in isto casu repromittere sat est. l. non solum in. §. si cum possem. ¶ Sed concluderem, hoc casu, causam non esse exprimendam, cum sit iure ipso causa expressa, per rubr. & nigrū. ff. ne quid in loco publico, nec iuris ignorantia, immo scientia præsumenda est, vt in titulo suo. l. ii. ff. de iur. & fact. ignor. Non ob. ratio Bal. quia casus est diuersus, nec illatio fiet. Saluarem eorum opinionem vbi dubitaretur an locus publicus esset

Nam eo casu dicere deberet, nunciare se, quia locus publicus. ℭ Tertio limitatur vt non procedat in casu, quo ipse cui nunciatum est possideret, tunc enim etiam non requisitus nuncians causam exprimere debet, ita Paul. quia quis non debet in sua possessione pacifica turbari, quod eueniret per simplicem nũciationem, notatur in.l.si prius infra eod. Alex. contra quia possibile esset vt quis iniuste possideret, vel iuste, tamen contra seruitutem nunciantis. Ruyn. respõdet, ꝙ etiam iniustus possessor tuendus est.l. si quis à se fundum.C.ad.l.Iul. de vi. Nihilominus cõtra Paul. firmat per ea quæ Bar. infra in.q.4. ℭ Secundo per textum in.l. de pupillo in.§.meminisse, in ver, at si in suo, vbi glos. cum alia gl. in verbo, necessario, Florent. addunt tex. in.c.i. de noui oper. uunci. vbi non attenditur possessio, sed solummodo præiudicium, adeo ꝙ nec ecclesia in præiudicium alterius construenda esset, sed puto aduertendum, ꝙ quamuis in his iuribus non attendatur possessio, quo ad impediendã nunciationem, non tamen ex hoc sequitur, ꝙ causa exprimenda, non sit à non requisito, immo exprimenda est, sicut
21 Paul. addo rationem doct. in supra proxima.q. ℭ Tertia quæstio Bar. est nunquid petitio causæ inducatur per verba, libenter scire vellem, cur me impedis nunciando, seu similia, dicas per eum, & communiter, ad quæ vide Moder. in .l. quod te.ff.si cert.pet. ℭ Quærit quarto an operarii causam exprimi petant, dicit affirmatiuam, & Florent. sequunt quilibet enim etiam sine mandato admittitur ad tuendam possessionem.l.i.C.si per vim, vel alio modo, fortius dicendum est de operario, not. Bar. in.l. de pupillo.in.§.nunciare, satis est ꝙ dominus à loco sit absens. Nec ob. Ruynus dicens, ꝙ.l. procurator infra eod. procedit ratione mandati, quia cum lex contentetur operarios nunciare, cẽsetur eis permittere, vt de causa quærere possent, argu.l. ad rem mobilẽ.ff.de ꝓcurat. ℭ Quinto quærit vsꝗ ad quod tẽpus ex-
22 ꝑssio, causæ petat, dicas per eũ dũ allegat.l.perfecta, in ipso enim actu nunciandi, & non aliter. Non ob.tex. in.l.prætor ait in.§.si aliquando, iuncto.§.si quis paratus, infra eod. vbi

vbi licet alias per nunciantem ftatum effet, nunc vero per eum non ftetur quo minus fideiuſſorem accipiat, nunciatus tamen dare debebit, ſi vlterius velit ædificare, per quod videtur ꝙ poſt nunciationem cã peti poſſit, quia per prætorem conſulitur nunciato, vt ſibi cauſa dicatur, ideo eſt ꝙ poſt nunciationem, petere cauſam non poteſt. ℂIn hoc loco noto. ꝙ Bar. in ſecunda parte glo. dicit, ꝙ ſi interrogarem te de cauſa, tu minime reſponderes, ſpernere poſſem nunciationem, ſecus vbi coram iudicm interrogaſſem te, q̃a tũc ædificium proſequi nequirem, niſi habita iudicis remiſſione. ℂSexto Bar. quærit an ſufficiat in gñe cauſam dicere, dic per eum, ſic, vbi ex tali expreſſione aduerſarius ita certificaretur, vt poſſet deliberare, cedere an contendere velit pro vt dicitur de libello in. l. i. ff. de eden. Et per doc. in. l. fin. C. de Anna. excep. hoc eſt ſpernere, vel iudicem pro remiſſione adire, ſeu proſequi opus, præſtando ſatiſdationem Nec ob. tex. per eum alleg. in. l. noſtra, in. §. nunciamus, cũ gloſ. vbi ſufficit allegare cauſam illam, videlicet, quia facis, contra leges nã ibi alter in publico ædificabat, nec mirum, quia colligitur diferẽtia ex. l. non ſolum in. §. ꝙ ſi nunciauero infra eod. ℂNon ob. ꝙ nunciatio ſit quædam appellatio extraiudicialis, ut Bar. hic in. 9. q. næſton. & in. l. ii. de appell. recipien. quæ appellatio iuſtificatur ex cauſa generali vt in. c. conſuluit el. ii. de appell. ſic Ruynus, quia Florent. reſpondent multas eſſe diferẽtias inter appellationem extraiudicialem, & nunciationem. vnde data inſtantia corruit, argu. c. ſicut vrgeri prima queſtione prima videtis enim, ꝙ non appellatur poſt. x. dies. l. ii. §. biduum de appell. recipiẽdo nunciatur autẽ ſemper. l. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuo &c. ℂSeptimo quærit Bar. quid ſi nunciaret, dicendo cauſam, quia ædificat in ſolo nunciantis vel contra ſeruitutẽ debitã domui nũciãtis dicit. n. nõ ſufficeř, ſed expſſione, alterius cauſæ opus eſſe, atq; magis particularis, ideſt dicere in cuius ſeruitutis poſſeſſione ſum. Idem Bar. in. §. nunciatio tenet contrarium, quem Imo. Iaſ. & magis communiter ſequuntur, pôtiſſime per tex. in. l. iii. ff. pro emp. vbi

23 (margin, beside "ſione. ℂSexto Bar."); 24 (margin, beside "perpetuo &c. ℂSeptimo")

videtur casus,& quoniam si possessio nunciantis necessaria esset, vtiq; semper nunciatio iusta diceret,cũ habeamus re/gulam, quem turbari non posse,nisi vi,aut clam à turbãte, possideret,nec etiam tunc semper iusta est. Addo tex. in.l. nostra in.§. iuris nostri,in verbo pertinet, nunquam enim ille tex. verificaretur,nisi nunciator etiam possideret. Item nunciamus, ædificanti in publico.l. nõ solum.§.ꝙ si nun/ciauero cũm simil.& tamen locum publicum non possidemus. Transibo igitur cum istis,contra Bar.hic. ℂSecundo

25 concludit Bar.ꝙ non requiritur iustificatio possessionis cõtra eum,qui ui,vel clam à me possideret, per tex.in.l. prima in fin,cum sequen.ff.vti possidetis, intelligit vbi nunciãs exprimeret nũciãdo,ꝙ vi,aut clã à se possideat,qui ille ædificat. Ruy.allegat in simili gl.fin.in.l.ii.ff.siquis in ius voc. vbi Bar.& aliam in.l.ii.de appell.recipiend. Contrarium videt velle Bar..in.l. quid ergo in .§. pœna grauior . ff. de pænis vbi dicitur iudicem non teneri exprimere causam in sententia,eamq;. Florent. saluant per Bar. ibi, quia iudices habent generalem potestatem commutandi corporalẽ pœnam in pecuniariam, quadere si causam non exprime/

26 ret,non per hoc sententia contineret iuris errorem. ℂTertia eius conclusio est,ꝙ vbi ex nouo ædificio damnum mi/hi affertur, vel præiudicium in vendicatione dominii,vel seruitutis, nunciare possem, & ad omne extenditur præiudicium per nouissimos hic. ℂQuarta ꝙ vbi manifestũ esset

27 nunciantem possidere non tenetur exprimere causam, quia petitio causæ tunc redditur manifeste calumniosa.Quod intelligas vbi esset in quasi possessione seruitutis,puta,quia fuerit alias declaratum ne vicinus altius tollat, vel si esset in possessione domus,in qua ædificatur,quicquid hic dixerint

28 Florentini. ℂOctauo Bar. quærit vtrum in prosequutione teneatur,qui nunciat,causam probare, concludit primo ꝙ si prosequit effectum, vt opus factum post nunciationem demoliatur,non tenetur,& aduersarius volens dicere de iu/re suo,nõ audiret.d.§.sed si is.Nisi fuerit admissus nũciante sciẽte, atq; non cõtradicente,tũc enim si probaret, demoli

tio euitaretur, Bar. in d.§ per c.i.de rest.spoliat.ex ratione
qa tūc cēseret aduersarius iuri suo,renūciasse arg.l. iurisgē.
in.§.si paciscar.ff.de pact,sicut dicitur de probante senten-
tiam iniustam & iniquam in tempore exequtionis, notatur
in.c. cum Bertoldus,de re iud,sic Ruynus. ¶Secundo cō-
cludit,q si ab initio post spraetam nunciationem nunciatus
vellet probare de iure suo,dicens nunciationem manifeste
calumniosam,admitteretur,nec demolitio locum habebit,
vnde per nouissimos infertur,q licet aliquid manifestum sit
probari debet,sic intelligas primam quaestion. secus quādo
notorium esset. Itaq habes unam differētiam inter notoriū
& manifestum,tamen aduertas,quia quandoq pro notorio 23
ponitur manifestum.c.cum sit romana,in fine de appell.
¶Tertio concludit q si nuncians nunciationem non sprae-
tam prosequeretur & ageret ad effectum, vt nūciatio firma
sit(ita vt nunciatus remissionem a iudice,neq per satisda-
tionem)impetrare possit eo casu causam in nunciatione de
ductam probare necesse habet,pro cuius declaratione dicas
per Ruynum,q duplici modo quis petit confirmationem,
vel dicendo suam nunciationem rite,recteq factam,& tunc
tenetur causam iustificare,sic loquitur Bar.hic puta proba-
re damnum,quod ex tali aedificio pateretur,quod verum ni
si quid extrinsecus praesupponatur, puta instrumentum
confectum inter partes. Aut quis diceret validam esse nun-
ciationem de praesenti,quam peteret confirmari (nam & ex
traiudicialis actus confirmari petitur.l iii.§.missū de Carb.
edic.& in.l.i. vbi doc. eod. titulo (tunc nuncians necesse
causam probare,non haberet,quia satis est q nunciatum sit
ex causa a iure permissa, quae videlicet appareret ita q
si vera esset, sufficeret nuncianti, ad obtinendum,dum- 24
modo alia requisita concurrant, persona videlicet, &
verba quae fuerint apta,vt per totum titulum. Differentia
istorum casuum est,qui in primo idest quādo causa probat
iusta nunciatus non admittitur ad remissionem,in secundo
vero sic,non solum temporaneam cum satisdatione, sed &
perpetuam cum decreto,quia super iustitia causae non fuit

pronunciatum. Tertius datur casus, quando videlicet simplicitet petiit quis confirmationem nunciationis, tunc secundum, ꝙ probauit, ita petiisse præsumetur, videlicet, vel super iustitia causæ aut super nunciatione. ℂ Nono quæsi-
29 uit Bar. nunquid in prosequtione nunciationis aliam causam (etiam non expressam) prosequi possim. Dicit negatiuã & communiter sequuntur Ludoui. Ias. & &c. Contra respondebis per Florent. ꝙ in prosequutione requiritur libellus, & lis contestatur. l. de pupillo, in. §, qui opus. vnde sicut in libello nõ poterit alia causa probari, vt Bar. & doc. in. l. edita. C. de eden. ita hic præterea grauaretur nunciatus, qa deliberare non potuisset cedere vel contendere &c. de quo in. l. i. ff. de edend. si enim causam expressisset, forsitan nunciatus minime spræuisset. Ad quæ vide. l. habebat. ff. de instit. ℂ Decimo quærit Bar, &c. concludit ꝙ in prosequutio
30 ne possum adiicere, uel detrahere aliquam qualitatem. l. in delictis in. §, si detracta. ff. de noxal. action quod intelligas per Ias. & Florẽt. hic, vbi ex detractione nõ deueniret ad diuersam cõdemnationem, exemplatur in nũciatione imposititia de qua in. l. de pupillo in. §. sextus, quia nũciando pro causa vnã speciẽ seruitutis (iteneris puta) sibi debitã deduxit nã poterit mutare in aliã seruitutẽ puta actus, vel nũciauit deducẽdo ꝓ causa possessionẽ, ꝓsequi dominiũ põt, nõ, n. diuersa est cõdẽnatio, quãuis qualitas alterata sit, secus vbi q̃s primo causam deduxit naturalẽ, nũc vellet probare publicam vel imposititiam, cõdenatio tũc diuersa cẽseretur, & lo
31 cum haberet tex. in. l. quod in hæredem, in. §. eligere. ff. de tribut. ℂ Vndecimo, quærit &c. Cõcludit cessionarium nũciãtem debitori, ne cedẽti soluat probare debere causam, & ostẽdere cessionis instrumẽtum, ad hoc vt debitor dicatur certioratus, vt opus est. d. l. nomẽ. C. quæ res pignori &c. Sed si per nũciationem siue libellum eius efficeretur certus, nec etiam sat esset cum litis cõtestatio requireretur vt debitor soluere impediatur, est tex. in. l. iii. C. de nouat. Hoc tamẽ mihi videtur dubiosum, putareꝗ; si per nũciãtem causa exprimeretur, & instrumẽtũ nõ vitiatũ, sed prima figura &c.

ſuis expenſis ederetur, ꝙ abſq; alia conteſtatione, ſat eſſet, ꝑ tex. in .d.l. ibi, vel lis conteſtetur, vel debitori ſuo denunciauerit, vnde per alternatiuam parificantur, & ſic intelligo .l. ſi hæres in fin. & ibi glo. ff. ad Trebell. & .l. ſi grege in .§. cũ pignori, ff. de pignor. ¶ Sumus in glo. magna. Diuidas in duas principales partes, in quarum quælibet cõtrarium ſoluit, ſecunda ibi ſed videtur, in prima principali dantur plu- 32 res ſolutiones ad contrarium de verbis, eatenus quatenus. Sed præmittas vt hic per Bar. ex cuius primo præmiſſo capias vnam eſſe remiſſionem conuentionalem quæ fit ab homine, ſic loquitur lex prima de remiſſ. in principio iuncta glo. & .l. vim facit in .§. quamdiu, ff. quod ui, aut clam. Et in .l. noſtra, in .§. inde quæritur non tamen in .§. noſtro dicit Bar. Secundo ex eo capias aliam eſſe legalem remiſſionem, quæ dupliciter expeditur, vno modo quãdo nunciatio eſt nulla defectu perſonæ, cauſæ, vel rei, alio modo quando per nunciatum ſatiſdatio, ſeu repromiſſio datur, vel non ſtatur quominus detur, tunc enim lex remittit nunciationem .l. prætor in .§. deinde infra eod. Circa primum modum legalis remiſſionis factum hominis non interuenit, in ſecũdo ſic, ita Iaſon. ¶ Opponitur ad primum ꝙ cum nunciatio fuerit nulla, remiſſio non cadat argu. l. decem de verb. obli. Et videtur expreſſe dici per tex. in .d.l. de remiſſ. ibi verba prætoris oſtendunt remiſſionem ita demum factam valere, vbi nũciatio tenet. ita cumanus hic, vnde, ꝙ Bar. inepte loquat. Nec ob. tex. in .l. quæ ſub conditione in princ. iuncto .§. fin .ff. de condit. & demonſtr. vbi videtur poſſe remitti id quod nullum eſt, quia Florent. reſpondent iuramẽtum ibi non fuiſſe nullum, immo validum iure ciuili Bartolum tamen ſaluant ꝙ remiſſio iſto caſu verificetur, annullata de facto nunciatione, quatenus de facto proceſſiſſet, argu. glo. in verbo infirmabitur, in .l. prima de feriis. ¶ Subdẽtes vel eo reſpectu ſaluari, quia nũciatio ſperni poteſt vnde illa lecentia iuris vt nũciatio ſperni poſſit, remiſſio dicetur, hoc ceperunt ex glo. in .d.l. de remiſſ. prout ibi tex. habet literam negatiuam, quibus addo ꝙ expreſſio legis dicentis nuncia-

tionem esse nullam, in his casibus, remissio bene dicetur.
33 ¶Tertio capias cõclusionem ꝙ est quædam remissio iudicialis, & hæc duplici modo fiet vno quando facta nũciatione partes iudicem adiret nõ præstita satisdatione, de hac loquitur l. de pupillo in .§. qui opus, nã si iurare de calumnia nollet, nũciatio remitteretur, vt in. §. remissione, Alleg. per Bar. sed (ut puto) magis facit præcedens, ibi per quem capies ꝙ si procurator nuncias nõ satisdaret, remissio fiet. Altero modo fit, quando satisdatio præstita esset iudex, tunc cognoscere potest, & ædificantis iure reperto remittet. l. prætor. §. deinde. l. stipulatio in §. hæc quoq; infra eod. ¶Opponitur per Ias. ꝙ. §. deinde loquatur de remissione legis, vt per Bar. dictum fuit, præterea nouissimi dicunt ꝙ Bar. male posuit hanc remissionem, quia cum per legem fiat (satisdatione data (vel eo non stante quominus detur, illa iudicis superflua, videtur, d. l. i. in uersiculo, plane de remiss. Item dicit Iason. de hoc est tex. in. l. de pupillo. §. is cui, vbi ꝙ quãdo satisdatum est, perinde est, ac si nunquam nunciatum fuisset. Vnde cum eis Floret. cõcludunt, vnam tãtummodo esse iudicialem remissionem, illam videlicet quæ fit satisdatione nõ data, Nõ ob. tex. in .§. habet in. l. stipulo ista infra eod. quia dum dicit ꝙ stipulatio illa vt committatur habet cõditionem si fuerit iudicatum, intelligerem sup iure partis nũciãtis, nõ super remissione, sic iure partis nunciate. ¶Finaliter saluarem Bar. cõsyderãdo, ꝙ quædam remissio sit producẽs tãtummodo effectum, vt ædificia nõ derelinquãtur, cum publice intersit. d. l. prætor in. §. hoc interdicto, & hæc per legem, eo ipso cõcedatur quo satisdare, vel nõ stetur quominus &c. sic loquitur. d. §. si is cui probo, qa venit continuatiue ad superiora, videlicet ad. §. qui nunciat vbi tãtummodo tractatur de potestate ædificãtis, patet ibi sciturо eo cui nunciatum est, vt possit ædificare &c. Sic et loquitur. §. deinde atq; illa lex de remissione, patet in principio sui in verbo faciet, & circa hunc respectum ædificãdi bene procedet eorum. Argumẽtum ꝙ (præstita satisdatione de opere demoliendo quo casu nunciatus succubuerit) iu-

dicialis remissio non inueniatur. Quædam est remissio cō cernens perpetuam ædificii firmitatem, respectu tamen nū ciantis, ita vt ea concessa non amplius ad nunciationē prosequendam, vel nouiter inchoādam possit admitti, nec ad aliud interdictum proponendum contra nunciatum. Et hæc dicitur iudicialis, quæ per iudicem conceditur post satisdationem partibus auditis, & cum causæ cognitione, hic Bar. bene dixit in conclusione non tñ crederem ꝙ ad hæc cogitauerit, cum allegat, §. deinde ubi non dicitur de hac, neq; in allegato. §. habet. ¶Secundo Bar. præmittit hanc literam legi duobus modis, vno affirmatiue, altero, negatiue. Affirmatiue, ibi dicendo, quatenus prohibendi ius, is qui nunciasset, haberet, Ias. contra quia si haberet, nō remitteretur, sed nunciatio confirmaretur. Hoc videtur tolli per Imol. ante ipsum, dicentem, quod hic subaudiri debet implicatiua (etiam) sic dicendo, etiam haberet, quasi dicat iure consul. ꝙ tanto magis remittatur, vbi ius non haberet. ¶Profecto nil aliud est quam cauillare tex. Florent. dicunt prædicta fortasse procedere posse in iudiciali remissione, secus in legali, de qua tex. noster. Concludit nihilominus ꝙ hæc verba, eatenus quatenus, faciunt contra literā affirmatiua, ex quo in facienda remissione legali non attenditur ius partis, sed indistincte remissio fit. d. §. hoc interdictum. Quadere subditq;, verba eatenus quatenus & c. Causaliter ponantur, vt tex. intelligi debeat de iudiciali remissione, vt Perusini volebāt, & contrarium glo. nostræ, ꝙ in legali remissione procedat. ¶ Aduertendum putarem ꝙ si verba, eatenus &c, causaliter manerent, prædicta ratio Iasonis obstaret & similiter si de iudiciali intelligeretur. Vnde cum litera negatiua firmabo. Item & quia affirmatiua nullo modo adaptaretur cum edicto, de quo in. l. prætor ait. in principio. & in. §. prætor ait. ¶Tertium præmissum facit, ꝙ verba eatenus quatenus, tribus modis capiāt, causaliter, temporaliter, & quātitatiue. Claud. ꝙ immo duobus causaliter & quantitatiue, sub hoc vltimo cōtinetur quātitas rei, & quantitas temporis, primum probat in auct. de 34

hæred.& falci. in princ. secundum per .l. iii. §. Nerua vbi Aretin .ff. de acquiren. poss. ¶Quarto modern. præmittũt, ꝙ in libris excussis in forma nõ reperitur. vi. lectura de qua Bar. hic mentionem facit, dum dicit sexto dic &c. Talia enim verba non vidimus. Sed tantummodo illa, vel sexto potest poni exemplum &c. ¶His præmissis deueniendum
35 est ad solutiones glosæ. Bar. reprehendit glo. quia hic non dicitur denunciatione quæ sit ipso iure nulla, vt glosa præsupponit. Nam tex. hic se refert ad .§. deinde, vbi non est ipso iure nulla. Nouissimi saluant, ꝙ ista glo. non præsuponat nullitatem à principio cum nunciatur, sed immo validitatem, sed tamen ꝙ coram iudice nuncians interrogatus, noluerit causam propalare, vel dixerit ineptam, tunc. n. remissio fit, vt per Bar. declarabitur in secunda parte glosæ vnde quamuis à saluatione recedant (ex ratione quia sic dicendo remissio fieret indistincte, quod videtur contra tex. hunc in verbis eatenus quatenus) tamen Florent. respõdent verba eatenus quatenus verificari secundum mensuram iuris quia tunc (nõ expressa causa) pateret nunciantem calumniari, & ꝙ in totum, ius non haberet, prout Bar. in secũda parte glossæ declarauit. Saluatio, periculosa est, nihilominus, quia solutio vera est, in se. Inferas per doc. paria esse non exprimere causam, vel exprimere impertinentem, ita Bal. hic per tex. in. l. ii. in. §. circa. ff. de doli excep. Dicẽs hoc facere ad materiam appellationum extraiudicialiũ, uel ab interlocutoria, in quibus expressio causæ requiritur .c. i. de appell. in .vi. & in Clement. appellanti. Quod nouissimi dicunt verum si præcederet interrogatio nunciantis, sed si non præcederet, multum referret, quia si causa nõ exprimitur nunciatio procedit sicut in libello videmus vt in .l. fin. C. de ann. excep. si exprimitur inepta nũciatio nulla est, cũ de calumnia pateat euidenti pro quo Alex. in. l. edita in tertia col. per tex. in. l. qui cum maior, in .§. patris, cum glo. ff. de bo. libert. ¶Cum igitur habeamus hunc tex. no intelligi in illa nunciatione quæ esset ipso iure nulla, vt hic Bar. vidẽdum est, an in ea remissione verificetur quæ fit cũ

satis

ſatiſdatione Bar. ꝙ non, quia loquitur hic de remiſſione quæ fit ſecūdū mēſurā iuris partiū ſed in illa, ꝑ ſatiſdationē ius partium non venit diſcutiendum. d.l. prætor .§. hoc interdicto. ¶Nouiſſimi dicunt iſtam glo. ibi vel. dic. quarto, videri voluiſſe, ꝙ ſatiſdatio in principio cognitionis offerri poſſet, quod glo. ſentit in ſecunda ſolutione &c. Vnde ſi partes iudicem adeant, vt de iuribus cognoſcat earūdē nūciatus offerre poterit ſatiſdationem, ſic impetrare remiſſionem, quod intelligunt quando nunciatus, à nunciante ad iudicium prouocaretur, ex ratione quia (cum nunciatus viā elegerit iudicialem) iuri offerēdi ſatiſdationē, impetrandiq́ꝫ remiſſionem renunciaſſe cenſeri debet, ſecundum Baldum in. l. ii. C. de ſeruitutibus & aqua, ſed cōmuniter hoc reprobatur, vt per doc. in. l. clam poſſidere in. §. qui ad nundinas. ff. de aquiren. poſſeſſione. ¶Iterum dicunt aduertendum ad glo. quia vult, ꝙ ſi iudex cognoſcendo de iuribus partiū viderit nunciantem habere ius nunciandi, prohibendiq́ꝫ declarare debebit, vt opus deſtruatur. Quod intelligunt vbi nuncians ad iudicem prouocauerit, ſed ſi nunciatus prouocaſſet pro remiſſione atq́ꝫ nūcians exciperet de iuribus ſuis necnon iudex. denegaret remiſſionem ex ſententia iſta, operis demolitio non ſequeretur. ¶Nam de hoc cognitum fuit per viam. Ex ceptionis quæ tendit ad remiſſionem impediendam, nō ad demoliendum, niſi ageretur exequutiue propter præſtitam in iudicio ſatiſdationem iuxta. not. per Imol. in. l. ſatiſdatio. §. habet infra eod. & Florēt hic. ¶In ſecunda ſolutione glo. ibi, vel dic. ſecundo &c. cū Bar. trāſibo ¶In tertia quæ continuatur cum verſiculo, vel ſexto poteſt poni &c. ſimiliter dic per eum, reprobantem ipſam, ponētemq́ꝫ veram ſolutionem. ¶In quarta ſolutione ibi, hodie conſtat, hodie agatur. l. ſi is à quo vt in poſſ. legāt. vera eſt 36
in ſe, non tamen bona pro hac lege, cum adiungēdo extrinſecus, de quibus glo. cauillaretur textus, arg. l. quæ extrinſecus, de verb. obliga. Iaſ. dicit ꝙ quamuis verba hodie conſtat &c. non ponerētur, tñ cognitio nō retardaretur immo deberet infra tres mēſes expediri. l. i. C. eo. c. penul. & fin.

eod. Et etiam ꝙ nũciatus satisdare vellet, non audiret in iuribus dictis. Simpliciter dicentibus neq; præsupponẽtibus illa verba, hodie &c. Florent. respõdent in eis præsupponi dabere, vel similia saltim per verba. in. d. c. fin. ibi iuris tui præiudicium &c. Et in. d. c. pen. ibi eius offerentibus incontinenti probare præiudicium. Præterea quamuis simpliciter loquerentur, tamen per iura digestorum distingui deberent, sed digestorum iure, satisdatione oblata ædificium non impediretur. d. l. prætor. in. §. si quis paratus, & in. §. is cui. dicendum igitur erit similiter iure. C. & iure capitulorũ argumento. c. cum expediat; de elec. in. vi. vnde concludẽdum est, ꝙ in. d. l. i. de noui. oper. in uers. talem igitur, verba hodie constat, seu similia, per nunciatorem coram iudice ꝓposita fuissent, quod satis percipitur ex. d. c. penult. ibi incontinenti probare &c. Qui tex: post legem. C. fuit fabricatus. Quæ conclusio per nouissimos fallit, vbi nunciatus possideret ædificii locum tunc enim non impediretur ædificare, & si nuncians verba hodie cõstat &c. apposuisset dũmodo satisdet, ex ratione quia q nunciat possidentẽ turbat. l. si prius infra eo. l. uim facit. ff. de vi, & vi arma. Sed quia turbatus exciperet cõtra turbantẽ exceptio dominii, vel alterius iuris turbãtis non reciperetur, ad ædificium impediendum. l. si de eo. §. fin de acquir. poss. vt Alex. in. l. ordinarii. ff. de rei uendic. sic limitant iura. C. & canonum. ¶ Florent. cõtra quia lex. C. loquitur generaliter. l. iii. §. & generaliter, de leg. præstan. Item in. d. c. penult. ponitur verbum pertinere, quod importat possessionem. l. verba pertinere, de verb. signif. quadere Canonici nunciantes possidebant, & tamen ibi dicitur hodie constat &c. Profecto videtur satis durum ꝙ nunciatus per tres menses debeat in ædificio supsedere, durius vt occasione possessionis in suo quis faciat id ꝙ mihi sit nocumento. ¶ Tenerem finaliter cum isto. ¶ Nec ob. arg. dictum, quia procederet vbi simpliciter ageretur interdicto vti possidetis, pro retinenda, aut aliter ad effectum vt quis desisteret ab inquietatione, tũc enim bene crederem ꝙ exceptio dominii non admitteretur. Sed

quando non solum quis possessionem retinere vellet, sed ēt nouiter quid inducere in praeiudicium alterius, exceptio bene daretur, vt per eum hic, allegantem se ipsum, in . §. nihil commune. l. naturaliter de acquiren. poss. in . ix. col. versi. aut aliter. ¶ Circa quintam solutionē glo. diximus in. i. q. cum ipsa coniuncta est. ¶ Ponitur . vi. per Bar. ꝙ hic loquatur textus quando post nunciationem satisdatio praestaretur cuius occasione partes iudicem adirent, qui ꝑ mensura iuris partium iudicaret, remittendo satisdationem effectualiter & nunciationem. Nam nunciatio remissa erat per satisdationem illo respectu, ne edificiū retardaretur, non autē quin super ea sententia iudicis fundari posset, quae sententia praeambulam petitionem necessario requirit. Auct. offerać. C. de litiscontest. cuius petitionis loco, nūciatio est. vnde habito respectu hoc nūciatio per satisdationem remissa nō est, igitur data satisdatione, itur ad iudicem vt non solum satisdationem, sed etia remittat nunciationem, taliter vt isdē amplius nunciare non possit remittat inquam eatenus quatenus ius nunciandi non haberet. Ita Bar. hic vnde notandum, ꝙ verba eatenus & c. Sic ponerentur quantitatiuae ac de ista remissione dicit loqui tex. in. d. l. praetor in . §. dein de Ias. & nouissimi contra, quia. d. §. deinde. non loquitur de remissione Iudiciali, Sed de reuocabili, videlicet illa quae fit per satisd. ¶ Nec ob ꝙ praetor ibi concedit interdictum ne uis fiat ei, quia facit ad tollendam molestationem, ne videlicet nunciatus in aedificio impediatur, vt per Bar. in. d. l. praetor. §. fin. in vlti. verbis, non autem datur interdictum ad petendam remissionem satisdationis. Item nec illud interdictum secundum mensuram iuris, Tenet igitur per haec. tertium intellectum glo. q per Rapha. & Cum. hic approbatur, vt videlicet loquatur hic textus de remissione, non praestita satisdatione. ¶ Non ob. ꝙ hic tex. referat, se ad edictū, quia dicit Iason, ꝙ vel tex. ille refert ad principiū . l. praetor. ait, vbi loquitur de iudicis remissione, vel refert se ad. d. l. de remission. Florent. respondent, ꝙ immo in. d. l. praetor nō loquitur tex. de remissione iudiciali, sed de legali. patet dum 37

dicit ꝙ in eo loco antequam nunciatio fuerit remissa(dicit ipse per satisdationem)dum postea sequitur tex.ibi aut in ea causa esset,vt remitti deberet,intelligi debeat ꝙ per eum nõ stetereit quominus satisdaretur,hunc intellec.probat per disiunctiuã, ibi (aut)quæ ponitur inter diuersa,nõ tamen multum distantia,vt per Bar.in.l.i.ff.de rebus dub. Quod non eueniret,si tex.ille in prima parte de iudiciali remissione intelligeretur,nam tunc magnopere differret.¶Mihi satis placet consyderatio ista in.d.§.l.prætor,nihilominus tenerem opinionem Cuma. atq; sequacium. Non ob. tex. hic dum dicit hoc edicto ,quia nego voluisse se referre,ad.d.l.prætor in princ.vel ad.§.deinde,sed retulit se ad edictũ , quod non aliter in hoc titulo ponitur q̃ ꝙ in ista .l.proferatur,siue referatur,vt voluit idem Cum.& retuli super glo.in verbo deinde.¶Florent.instant.ꝙ immo referant,se ad.§.deinde,cũ .§. sequen. dicentes illũ tex. loqui de vtraq; remissione,legali,videlicet & iudiciali,vsq; ibi,nec quicquam interest,ibi uero incipiat de iudiciali,qua de re arguunt ꝙ per satisdationem per se consyderatam,securus nuncians esse non posset nec sibi cautum diceretur,immo contra,cum in ædificio procederetur,vt igitur illa verba verificētur,dicunt ideo nunciantem securum & cautum ibi vocari,quia iudicium sequi deberet .& iudicis declaratio dictans stipulationem de satisdando esse commissam,itaq; concludunt ibi dici de iudiciali addentes talem cautionem habere illam tacitam conditionem si fuerit iudicatum .l.stipulatio.§.habet infra eod.¶Finaliter contra ista tenerem , nam si ibi consyderatur solum id per quod nuncianti cau tum remaneret sic effectus ille satisdactionis,quo mediante opus factum post nunciationem rite recteq; factam destrueretur,ut fatentur,ergo bene sequit iudicialem remissionem nullatenus consyderari , per quam ius (vel dic)factum infringitur nunciantis. Argu. dictorũ suorum,dum dixit per satisdationem non fieri sibi cautum immo contra cum in ædificio procedatur,sic (vt puto)patitur suis telis. Præterea illud est interdictum,vt patet in tex. dum dicit interdictum & tamen tex. nr̃ loquitur de edicto.

¶ Postremo quia lectura Bartoli satis adatptatur, cōcluderē iurisconsul. hic ambas lecturas amplecti voluisse, ac generaliter loqui, ut siue ante nunciationem de iure partiū ventiletur, remissio fiat eatenus quatenus &c. Siue post satisdationem ius partium discutiatur, similiter fienda sit eatenus, quatenus &c. ¶ Sed nihilominus crederem hunc tex. se nō retulisse ad .l. prætor, nec ad. §. deinde, sed ad edictum, cuius proprie verba sint quæ referunt in principio huius legis. Dum dicitur hoc edict. quasi dicat, hoc est edictum. ¶ Et ꝙ hic sit verus intellec. videtur etiam probari per tex. in. d. l. prætor in. §. interdictum hoc, per quæ verba tex. ibi vocat principium legis dicendo, hoc interdictum, postea sequitur ibi, edicto expressum est. Non enim vocat edictum principium eius legis, nam uocauerat interdictum, nec uocat edictum illud quod in. §. deinde, quia ibi non exprimit ut post noui operis nunciationem quicquam fiat, de quo in dicto .§. interdictum. Dicendum igitur erit ꝙ uerba ibi, (edicto expressum ē) voluerint nostrum tex. significare. Cœtera huius glosæ dicam declarando per Bar. & nouissimos. Et benedico Iesum. Antonius Rom. 1544.

INDEX .§. PRIMI LEGIS PRIME A .FF. DE NOVI OPERIS NVNCIAT.

15 ¶ Diferētia inter edictū, & interdictum quæ sit, de actio ne in factum, quid si loquatur prætor per verba mo dificatiua vel quid si per præceptiua.

In l. si id quod, ff. de iis qui deiece. vel efud.
In l. i. eodem titulo. d.
In l. i. ff. ne quis eum.
In rub. &, nigro, ff. ne quid in loco sacro.
In titulo nequid in flum. publico.
In §. i. insti. de interdict.
In titulo, ff. vnde ui.
In titulo de liber. exhiben.
In titulo quorum bonorum, & quorum legatorum.
Edictum quomodo sit genus. ibi quarto ex verbis Bartoli &c.
Et de actione in factum, ex eodem proueniente, & quando perpetuum uel annale sit.

16 ¶ Si appareret nunciantem non habere ius nunciandi an et quomodo nunciatio sperni posset & quomodo apparere opporteat.

In l. ii. ff. ne quis eum.
In l. de pupillo. §. qui nunciat infra eod.
In §. fin. & §. quod si in mari infra l. nostra
In uerbis legis nostræ ibi siue iure, siue iniuria.
In §. inde quæritur.
In l. i. §. & parui. ff. quod ui aut clam.
In l. sed & si eximendi. §. pen. ff. neqs. eum

17 ¶ Nunciatio, ipso iure nulla, an debeat timeri, & quomodo nulla dicatur, & quid si à prætore, denunciaretur, & contineret manifestum iuris errorem.

In l. de pupillo in. §. meminisse.

18 ¶ Illud, q eatenus remissio fieri debeat, quatenus is qui nunciat, ius haberet, in quo edicto disponatur, & sic de quo edicto loquitur tex noster dicens. Hoc edicto.

In l. ait prætor in. §. i. eode. & in. §. deinde.
In verbis (hoc edicto) in. l. nostra.

In.l.prætor ait.§.interdictum infra eode.

19 ℭRes an,& quomodo dicatur certa,nunciantem videlicet non habere ius nunciandi. Et an.& quomodo per testes probari possit nunciantem &c. vel quomodo per instrumentum per euidentiam facti, vel confessionem.

20 ℭCausa pronunciantem â sit necessario exprimenda,& quando ipso iure sit expressa. Quid si nuncians requisitus non fuisset.

21 ℭCausæ petitio nunquid inducatur per verba. libenter scire vellem cur impedis me aut similia, & an operarii petere possint,ut causa dicatur.

22 ℭExpressio causæ vsq; ad quod tempus peti possit.quid si nuncians non responderet, quid isto casu,si coram iudice nunciantem interrogassem.

23 ℭCausam in gñe dicere,an sufficiat.

24 ℭCausam, si diceret illam,quia ædificat in solo nunciantis,vel cõtra seruitutẽ,debitam domui nunciantis, an satis esset.

25 ℭCõtra ui,aut clam à me possidentem â sufficiat si nunciando uiolentiam dicam,vel clandestinitatẽ absq; iustificatione meæ possessionis

26 ℭNunciare quis an possit ratione cuiuslibet præiudicii.

27 ℭSi manifestum esset ꝙ nuncians possideret,an causam dicere teneat.

28 ℭCausam probare in exequtione nuncians,an & quando teneatur.Quid si vbi non teneretur, nunciatus incõtinẽti de suo iure probare uellet, ne opus post nunciationem factum destruere cogatur, an sit admittendus,vbi ponitur una differentia inter notorium & manifestum,& de cõfirmatione nunciationis petenda,secundum diuersos effectus.

29 ℭSi causam diuersam ab expressa quis probaꝛ uellet, an sit admittendus.

30 ℭIn causæ prosequtione qualitatem adiicere, uel detrahere an possim.

Cessio

31 ¶Cessionarius,debitori nuncians ne creditori soluat,an causam debeat probare.

32 ¶Hominis remissio quæ sit vel quæ sit illa quæ,fit à lege.

33 ¶Iudicialis remissio quæ sit.

In.l.de pupillo.§.si is cui

In.§.qui nunciat eod.

In.l.prætor.§. deinde ,in.l.i.de remission.

34 ¶Litera nostra negatiue legenda sit , an affirmatiue ibi vis non haberet.

Verba(eatenus,quatenus)quot modis capi possint.

35 ¶Nunciatio si iure ipso nulla esset, à remissio nunciato necessaria sit,quid si nunciās interrogatus causam dixerit nullam,vel ineptā, quid de remissione quæ fit cum satisdatione,vel quid de illa quæ fieret in totum , & Quomodo super remissione iudex habeat declarare.

36 ¶Nunciatus dicens hodie constat,hodie agatur,ad effectum ne satisdare cogatur & ædificiū proseq possit, an sit audiendus,& quando.

37 ¶Nunciatio valida,an & quomodo per satisdationē remissa dicatur,& quid si per nunciatū ;satisdactioni, statum non esset.

In tex.nostro ibi finaliter.

In.l.prætor.§.interdictum hoc &.§.deinde.

H

DE ACQVIRENDA VEL AMMITENDA POSSESSIONE.



LOSA Rubrice diuiditur in duas partes, in prima continuat, in secũda per modum quæstionis opponit, secunda ibi, & nota. ¶ Communiter continuatur ꝙ dictum supra sit qualiter iuregentium domi nia quærantur vt in titulo de acquiren. rerum dominio: nunc dicere conueniat qualiter iure ciuili. Quod fit per vsucapionem, ad quam introducendam cum requiratur possessio, ideo de ipsa possessione sequitur esse videndum. Dicemus igitur ꝙ (quia fit ad sequentia) non propriæ hanc debere dici continuationẽ, sed subordinationem sicut dicit purpur. in rubrica. C. de ædendo. Aretin. aduersatur, ꝙ secundum rationem prædictam post hunc sequi deberet titulus de acquir. rerum dom. cum non minus iuregentium dominia cum possessione quærantur, vt videre est, in. l. i. eode. ibi dominiumq; rerum ex naturali possessione cepisse &c. Isdẽ soluit per Albericũ Immo illo iure necessariã non esse possessionem. l. si fundum, & ibi glo. ff. de fũdo dotali. Quæ lex (secũdum Iasonem) loquitur de acquisitione iuris ciuilis, quem Florentini reprehendunt quia cõtractus omnes dicuntur de iure gentium. l. ex hoc iure gentium. ff. de instit. & iure, & de contractu dotis loquitur in specie tex. in. §. per traditionem instit. de rerum diuis. Respondent ad. d. l. si fundum esse casum specialem, ꝙ dominium per nudam trãsferatur traditionem, vnde subintrat regula. l. ꝙ cõtra. ff. de legibus. ¶ Secundo respondent, Aretino, in utroque iure necessariam esse possessionem, verũ quia dum acquritur de iure gentium dominium & possessio, equaliter se habent, eodemq; tempore nascuntur. Sed dominium dignius est, possessione vt in. l. i. cum notatis. C. si de moment. poss. fuerit appell. ideo titulus de acquirendo dominio præpositus fuit. Quæ dignitas non eo modo attenditur in domi

nio iuris ciuilis, quia possessio in acquisitione est, eo vetustior, vnde fuerat anteponenda, argumento. l. prime, supra titulo primo, &. l. ii. ff. de albo. scriben. ℂ Sed contra hoc Florentini quia quamuis dignius sit, vt supra tamen dominiũ est effectus possessionis vnde possessio, vt causans vbiq;, erat præponenda arg. l. licet in. §. ea obligatio. ff. de procurat. Vnde volunt aliter, ꝙ iureconsul. hic loquatur de continuata possessione per quam dominium, quæritur. l. iii. ibi per continuationẽ infra titulo primo, non de momentanea de iure ciuili quæ dicitur occupatio iurisgentium dominiũ producens nam hæc continuata iurisgentium non est necessaria, ideo nõ præponitur, illius iuris acquisitioni. ℂ Aduerto ꝙ continuatio non facit quin eadẽ possessio sit, ex qua dominia (quouis iure) quærũtur, item non ideo minus hic dicitur de momẽtanea, vt videre est, in. l. i. ibi quæ terra mari cœloq; capiuntur. Et in. §. item acquirimus, & in. l. stipulatio ista in. §. hoc quoq;, de verb. oblig. vbi seruus ciuiliter non possidet. ℂ Cõsidero igitur possessionem absq; illo dominio iuris ciuilis, de se posse manere præambula, enim eius est, satis antecedens, quæ quidem, vt id producat associari, plerumq; debet cum bona fide titulo iuris, vt in suis locis, ideo sibi hunc titulum assignarunt ante dominiũ eius effectum, de quo supra. ℂ Non obstat ordo codicis quia cũ ibi etiam tractetur de præscriptione, cui non minus possessio conueniebat, ideo inter titulum vsucapionis, & illum p̃scriptionis, intermediatus est ille de acquiren. possessione, sic Azo in summa. ℂ Quem sequamur, cum satis notum sit continuationem posse substineri ex ratione particulari. Et hæc solutio dabitur Aretino, ꝙ possessio de qua hic intermediata sit quia vtriq; conueniebat, idest dominio iurisgentiũ de quo supra, & iuris ciuilis de quo infra. ℂ Nec obstat Ruyn. ꝙ saltim ordine intellectus possessio dominium præcedit, quo attento erat præponenda. Quia dicerem hoc respectu fuisse præpositam in. l. i. ibi. quæ Terra Mari Cœloq; capiuntur, itaq; ibi dicitur de possessione, post sequitur de dominio, dum dicit capientium fiunt. ℂ Præterea cum illo 37

iure pariter procedant, & perdantur (veritate inspecta) vt patet in.l.iii. supra titulo primo,ibi cum euaserit &c. Quãuis aliter ex fictione,ut ibi(si eius rei difficilis persequutio nõ sit) dicere non possumus in illo titulo,de possessione nõ fuisse taliter dictum,ꝙ pro tali dominio iurisgentium acquirendo necessaria esset possessio,de qua hic,& consequenter,hoc habito respectu titulus,hic præsupponendus esset. Nam in titulo illo non minus de prædicta possessione quam de dominio dicitur, quamũis ob maiorem dignitatem,sub nomine dominii titulus describatur,item quia possessio habebat titulum suum,de quo hic oportebat,vt dominium titulo nõ careret igitur &c.¶ Nec obstat,ꝙ per .d.§. ea obligatio, qa quamuis vna ab altera descendat tamen consistunt in diuersis personis, vna in personam debitoris, altera creditoris, vel dic Immo non præponitur causans, vt patet in rubrica .C.de action.& obligat.igitur.&c.

3 ¶ SECVNDAM glosæ partem aggrediamur, vbi pro doctores fit examen,contrariorum quomodo sit eadẽ disciplina,Soccin.lucidãdo Bartolum,in .l. inter stipulantẽ .§. faciam.ff.de verb.oblig.explanat hanc Rl'am in cognitione cognito enim ex contrariis vno,nihil impedit alterum cognosci,siquidem cognoscimus animo solo perdi.põssessionem remanet nobis cognitum eo solo retineri, sic Florent. per.l.iii.in .§. in amittẽda in titulo nostro,probaturꝗ.ff.de his qui sunt,sui vel alien.iur. in.l.i. per quam Bal.infert nõ esse credendum testi deponenti quem esse male famæ si quãdo interrogatus nesciret quæ sit bona fama. ¶Iason contra Nam superflue Rubrum poneret verbum (ammittẽda) sat. enim esset secundum hæc,ponere verbum (acquirenda) & similiter in titulo,nihilominus dicitur de amittenda.l.iii.§. in amittenda.l.clam.§.qui ad nundinans,negat igitur, ꝙ ex vnius cognitioni cognoscatur alterum,vt per Bar.in.l.i.in quarta & quinta quæstione. Vnde vt saluet conclusionem negat,hic esse contraria,cum à pari potentia non introdũcãtur.l.ab emptione.C.de pactis acquiritur enim animo & corpore,sed amittitur animo solo.Quamuis Iason ipse non

istis verbis vtãtur,sed dicat regulam procedere, vbi necessa rio per cognitionem vnius contrariorum alterius cognitio sequatur. ¶Qua de re Florent.dicunt non esse contraria, sed diuersa,pro quo .l. scripture, C.de fid.instrum.contrarium quidem acquisitionis est,non acquirere,amissionis nõ amittere, ut per glo. in.§.sed & ipsis.ff. vt leg. nom. cauer. cepit à Decio in regula eius ẽ nolle. ¶Dicas tu cõtra istos quia si contrarium acquisitionis est non acquirere tanto fortius est amittere, quia qui amittit eodem tempore,non acquirit. ¶Non ob.dum considerant ꝙ superfluæ poneretur verbum amittenda, in rubrica,quia dico ꝙ voluit indicare modum idest in titulo dicere de modo acquirendi, & amittendi,sic loquitur.l. quemadmodum,cum simil. ¶ Fateor ꝙ regula nostra non procedit in modis, nam modi diuersi sunt, & non aduersi,unde cognitio vnius non ostendit cognitionem alterius secus in cognitione prædicati,nam cognita acquisitione per locupletationem cognoscitur amissio quæ fit,per desinentiã locupletationis. ¶ Nõ obst.illud medium,videlicet non acquirere quia respondeo ꝙ loquitur,vbi quid actualiter fiat,& in esse deducatur, nam verba non acquirere,nihil in esse ponunt,sed solam significant desinentiam,ergo non possunt pro facto contrario assignari, neq; pro medio impediente contrarietatem, seu contrariorum cognitionem. ¶ Hoc modo intelligo regulam eius est nolle.ff.de reg. iur. nã eo ipso quo cognosco illud velle dicor cognoscere posse nolle, nec illud medium videlicet, non velle,impedit contrariorum cognitionem. ¶Contra hoc est tex.in.l.quẽadmodũ infra code .per quam Alex. & Aretinus dicunt contrariorum eandem esse disciplinam, q de acquisitionẽ loquitur,& amissione. Communiter soluitur loqui vbi à corpore inciperetur,secus ab animo solo, ut nos pro quo tex.in.l. peregre in.§.quibus.¶Aduerto ordinem litere in.d.l. quemadmodum,ꝙ ab animo incipiatur. Dic tamen spectari ordinem intellectus, proba cum aliter dicendo,sequeretur ꝙ si corporaliter possidens desineret habere animum possidendi, minus amitteret possessionem.

Quod est contra exempla, in .d .§. in admittenda in vers. itaq; .¶ Tenerem igitur cum istis, & inferrem contra Bald. de teste, nam contrarium dicto testis est, non esse male fame quamuis igitur nesciret quæ sit bona fama, non per hoc tolleretur eius dictum de quo supra. ¶ Secundo concluditur contrariorum eandem esse disciplinam, quo ad iuris dispositionem, vbi eadem ratio est, si igitur in aliquo casu disponeretur, & in contrario dispositum remaneret. ¶ Exemplāt quia per partes compromissum fuit, ideo statur sententie, inique, sicut æqua, vt in.l.diem proferre.§.stari, de arbitriis, ita Soccyn.hic per Bart.in.d.§.sacram, ad ꝙ dicunt tex. in .l.fin.§.fin.de leg.iii.l.sed & si contra, de vulg.& pipill.& in .l. secundum naturam.ff. de reg.iur.in.l.pen .C. de solut.l. sicut maior.C.de repud.hæred. ¶ Sed dico ꝙ.l. pen. facit pro secunda, non autem, pro prima conclusione Soccyni. similiter .d.l.& si contra, &.d.l.fin. ¶ Ex quibus infert hic Aretin.ꝙ sicut sententia lata super repulsione exceptionis est interlocutoria, ita super admissione, quia quamuis perēptorie exceptionis, tamen ratio vtiq; est communis, illa videlicet, quia lis super his non contestatur, & vtraq; post se diffinitiuam expectat. ¶ secus vbi esset ratio diuersa, exempla per eum. ¶ Aduerte quia casus noster habet se quando in vno casu disponeretur, an in contrario casu dispositum censeatur, ꝙ autem supra dictum est de compromisso nō disponitur in vno casu sed indefinite, etiam lex disponit indefinite ꝙ sententiæ arbitri stetur ex ratione indiffinita, quia compromissum est, argu.l.pen.ff.de iudic.& in.l.i.ff.de arbitr. Tunc enim in vno casu dicendum puto cum æque sententie stari partes profitentur, & non viderem rationem cur iniqua parere teneantur, immo ratio contraria quæ summitur ex. ipso dicto effectum contrarium operabitur, argu.l. cum ratio.C. debo dam. ¶ Vnde dico sic, quod eadem ratio ne qua statur æque non stetur inique, quia igitur diposuerunt, vt staretur æque dispositum debet censeri (& si non sit expressum) ne staretur iniquæ arg.l.cum prætor.ff.de iudicis, nisi alia ratio exprimeretur in dicto quæ conueniret

utriq; contrariorum, puta si partes dixerint velle stare sen/tentiæ æquæ quia non amplius volunt litigare &c. ℭ Sic exemplarem, & intelligerem verba Bartoli in d. §. sacram. ibi non circa id ꝑ est causa eius effectus &c. Et hoc modo intelligo Soccyn. ibi secunda conclusio est &c. Nam ratio & causa summitur ex ipso dicto, vt in præfato exemplo, quãdoq; non sumitur ex dicto, vt in terminis .l. cum pretor .ff. de iudic. vt per glo. ibidem declaratur, sed summitur ex alia dispositione, seu alio dicto, nam ratio l. fin. §. fin. de leg. iii. & .l. & si contra. ff. de vulg. & pupill. sumitur ex regula, qui cõmodum lib. vi. ℭ Verũ hæc dispositio est hominis, idem in iure dicetur, ius enim dixit habentem commodum sentire incomodũ, eadem æquitate ecõtra (quãuis nõ expresserit) interpretandum est, vt in. d. iuribus & mille datenẽ. ℭ Vbi per terminorum inhabilitatem non impediretur, argu .l. q test. ff. de testa. ℭ Vel speciali ratione, vt per Alex. & Iaso. in. d. §. sacram. per tex. in. l. fin. de verb. signifi. ℭ Si mandatum sit facultatibus ecclesie diminutis, vt clericorum numerus diminuatut, mandatarius, his auctis, numerum nõ augebit, quia specialiter lege cauetut mandati fines dili/genter esse custodiendos, hoc modo conclusio limitatur. ℭ Sed Aretinus in Clement. de heret. cõtra hoc vltimum ꝑ immo conclusio nostra procedit, etiam in his, quæ sunt stricti iuris. Respondetur, ꝑ strictius proceditur in manda to, semper enim in eo, ꝑ non exprimitur pro omisso ha-beri debet, & si maior ratio subesset in nõ expresso, licet nõ sic in iis, q̃ sunt stricti iuris, vt patet in dispensationibus in .c. venerabilem, qui filii sint legiti. cum simil. ℭ Cõsidero ꝑ in. d. c. fin. natura illius verbi moderantes, potius operatur ne possit numerum augere, sic ibi dicitur, & inuitur ꝑ si verbum id, non repugnaret, augeretur. Dico tamen ꝑ si ver-bum illud, vel simile diminutionem importans non poneretur casus noster ibi adaptari nequiret, itaq; si augeret is cui mandatum est, non id faceret ex regula contrariorum, recedo per hæc a limitatione. ℭ Regulã firmo seu conclusionẽ per. d. regulam qui commodum, & in aliis per eum allegatis

iuribus,nam commodum & incommodum quamuis necessario contraria non sint,quoniam est dare medium scilicet, non commodum,tamen illud medium non impedit contrariorum dispositionem,& quin contraria sint, per ea quæ in
8 articulo prox. dixeram. ¶ Deinde doctores inferunt ad quæstionem primam,nunquid prohibita cōdemnatione in materia stricte intelligenda,& absolutio prohibita censeat; glo.in Clem.prima de heret.tenuit negatiuam per illū tex. prohibetur episcopus absq; inquisitore. Hæreticum condenare,non per hoc absoluere prohibitus censeri debet quā sequntur communiter canonistæ,ex ratione .l. præcipimus in fi.C.de appell.& Decius in.l.nemo qui condemnare nō potest.ff. de reg. iur. ¶ Aretinus hic Soccynus post Anchar. in.d.c. contrarium tenent,ex motiuis quæ breuitatis causa omittam. ¶Et faciam plā capita, φ aut quis nullo modo habet. iurisdictionem absoluere non potest ,quia non condemnare,sic Oldr. & Alberic.in.l.iii.ff. de re iud. intelligunt regulam præfatam,& iidem ibi Deci. dum dicit neminem qui condemnare non potest, absoluere posse, sic etiam tex.in.l.solet.ff.de off.procōs. ¶ Cōsidero quod ita intelligendo.ll.facte essent sup indubitabili, nā cuiq; notū est condemnare neq; absoluere posse nisi habentem iurisdictionem,vera conclusio est,quam exempla , vt non habeat iurisdictionem in eadem specie, puto in mero imperio habet tamen in aliis puta ciuilibus. ¶Aut quis cum à principio habuisset cognitionem diffinitionemq; modo prohibitus est condemnare tamen absoluere posset est tex.in Clemēt. præfata,fortius si ordinarius,vt ibidē ad φ.l.Arrianus .ff.de heret,& .l.absentem .ff. de pœn.& l.iii.§.adeo.C. vbi senat. vel clar. ad idem tex. in auct. vt clerici apud proprios, episcopos infine. Vide Cæpoll. in consilio .xli. ¶Ad arg.φ facit Iureconsul.,in.d.l.obseruare, ibi nec .n; &c.dic.φ sub uerbis gladii potestate comprehēditur absolutio,& potestas recipiendi accusationem de qua ibi , & per doctores in.l.imperium.ff.de iurisd. om. iudic. non autem, sub verbo condemnare. ¶Non obst.Aretin. per regulam

.l. si

.l. si quis seruo, C. de furt. & per glo. in .l. ꝙ vero .ff. de legibus, quod si duo per legem antiquã æquiparan tur, dispositum in vno trahitur ad aliud, & est interpretatio passiua. Quia responderem illud procedere vbi eadem ratio est eq/paratorum, ita regula procedit, vt per doct. in .l. si vero in .§. de uiro .ff. solut. matrim. sed in terminis nostris est diuersa, ut in .l. absentem .ff. de pen. cum simil. ergo &c. ¶ Non obst. tex. notabilis in .§. ex his, in auct. de hæredi, ab intest. dum Imperator dicit ꝙ ex his quæ dicta sunt in .l. corrigente ius antiqum circa successionem cognatorum & agnatorum apparet, quid iuris fiat in tutela. ¶ Quia respondebo illud esse propter successionis emolumentum, ideo & tutele onus esse debet, dicit tex. in .§. fin. insti. de legit. agnat. tutela ad ꝙ regula qui commodum in lib. vi. vnde si vocantur cognati ad successionem cum agnatis, ideo & ad tutelam vocabuntur, nõ tantum ex ratione æquiparationis quantũ ex ratione prefati .§. fin. ¶ Nõ obstan. Socci. ꝙ arguẽ sit in effectu de actore ad reum, quo casu bonum est arg. in materia correctoria ad ꝙ glo. in Clem. sæpe in verbo. voluerit, de verborum significatione. Quia non debẽt ad impar iudicari per .l. fin. C. de fruct. & lit. expens. qa respõdeo verũ esse sicut supra vbi eadem ratio sit, habetur per omnes in .l. si quis intentione ambigua .ff. de iudic. ¶ Non obstat .l. solent .ff. de offic. proconf. quia supra responsum fuisse puto. ¶ Non obstat. iisdem dum arguit de præscriptione iurisdictionis vbi stricte magis proceditur quam in statutis vt p Bar. in .l. i .ff. de itin. actuꝗ priuat. & tñ ꝑscripta põtate absoluẽdi cẽseẽ ẽt ꝑscripta põtas cõdẽnãdi, vt p oẽs in .l. imperiũ; quia illud dico in odiũ patiẽtis ꝑscriptionẽ qui passus ẽ, & negligentẽ se habuit in eo, in quo iura magis sollicite ipsum habiturum, fuisse volũt atꝗ iubent. d .l. absentem. Vnde propter maiorem rationem & potestas condemnandi præscripta censetur, ratio enim præscriptionis introducende fuit negligentia, vt in .l. fin. C. de Ana. except. Ergo &c. ¶ Secunda quæstio est, extante statuto ne soror fratri succedat, an fratrer excludatur à successione sororis?

Bald. in.l. legem.xii. tabul. dicit negatiuam per illum tex-
tum, ubi de media iuris prudentia exiftit ftatutum, ne fœmi-
ne fuccederent agnatis, & nihilominus agnati fœminis fuc-
cedebant. ¶ Secundo dato vno inconuenienti, ne videli-
cet foror &c. non debet aliud fequi, hanc ibi Pau. Corn. &
Alexanter in.d.§. facram. Iafo. hic, & eft communis opi-
nio, potiffimum quia maior ratio fuccedendi niget in ma-
fculo propter honorem familiæ, conferuandum argumēto
.l. quifquis. C. ad.l. Iul. maieft. & .§. hoc quoq; infti. per
quas perfon. nob. acquir. & quamuis ratio hæc tolli videa-
tur in.d.l. lege. tamen per ftatuentes renouata eft; ꝙ fieri
potuit, non enim legi directo contrauenerunt, de quo Bart.
in.l. omnes populi de iufti. & iur. in tertia quæft. princi-
pali tunc enim id eueniffet, cum lege cautum effet ne foror
à fratris fucceffione excluderetur, cum igitur de qua in
.§. cæterum Infti. de leg. Agnat. fucceffione ratio per fta-
tuentes renouata fit, ne in fœminis locum vendicet, com-
munis conclufio verificatur, nec erit contrariorum eadem
difciplina, nec regule correlatiuorum de qua Socci. hic &
confilio.75. locus erit. obftante ratione diuerfa. ¶ Neq;
tex. in .§. filium in auctentico quibus mod. natur. effic.
fui, nobis obftabit quia loquitur in noua fucceffione indu-
cta preter commune ius, non contra, ita doctores. ¶ De-
claro, nam. Quando filius legitimatur, eo ipfo legitimus fit
cum qualitate vt foli patri fuccedat, nunquam enim in ca-
fu fuit, quo agnatis vel fibi agnati fuccedere fperarent, fi
ergo ibi dicitur ne fuccedat agnatis, equa ratione fit econ-
uerfo, fed in cafu noftro fuccedunt ad inuicem iure commu
ni, fi demum vnus prohiberetur non eft dicendum, alterum
prohiberi ad iuris correctionem, non enim patitur æquitas
corrigi ius. Argumento.l. fancimus. C. de teftam. ¶ Tunc
quidem locus effet correlatiuis, cum nouiter in vno difpo-
neretur, puta, ꝙ adoptatus fi poft emanciparetur nihilomi-
nus adoptiuo Patri fuccedat, profecto & Patrem ei fuccede-
re dicendum effet. Et quamuis in cafu noftro videatur ini-
quum repelli tantummodo fororē nihilominus feruari de-

bet .l. profpexit.ff.qui & à quibus. ¶ Nec ob.tex.in.§.cœterum insti. de leg.agnat. succes. ibi masculi admittantur etiam si longissimo gradu sint, itaq; videtur, q si non esset expressum non admitterentur. Quia dico verba illa non esse de media iuris prudentia, sic Florent. probant, quia tex. præfati .§. retulit se ad.d.l.vbi dicitur hoc incognitum & intestinum, non igitur expressum, quia tunc apertum & cognitum diceretur. ¶Pondero verbum placebat in .d. §. quo capimus, ibi potius recitari substãtiam, quam verba medie iuris prudentie, quæ substãtia sic sumitur per argu.l. cum prætor. ff. de iud. ac si verbis exprimeretur, nunc nihil aliud ponam super hac rubrica.

POSSESSIO APPELLATA EST A PEDIBVS, ET (VT LABEO AIT) QVASI PEDVM POSITIO QVIA NATVRALITER TENETVR AB EO QVI EI INSISTIT QVAM GRÆCI &c.

8 

RAEMITTO Quæ de dominio & possessione super rubr. dictum est, summabis p Bart. & Alex. ¶ Diuiditur in tertia partes per doct. clarius per Imolam, dic in duas secunda ibi dominiumq; rerum. ¶ Et quelibet subdiuiditur in duas, in prima particula prime partis ponit dictum, cum exemplo. ¶ In secūda eius rationem, ibi quia &c. In prima secunde ponit iusgentium antiqum circa effectum possessionis. ¶ In secunda ibi eiusq; rei quo mō effect9, ille hodie verificet. ¶ In textu ibi à pedibus, primo noto. à pedibus possessionem esse denominatam, ab actu itaq; corporali, quia tenetur ab eo qui ei insistit. ¶ Quærit cur potius à pedibus, quam ab alia corporis parte. Paul. de Castro, quia immobilium possessio (quæ dignior est, vt in. l. si rem mobilem, in eod) capitur pedibus. Argumento. l. cum in diuersis, de relig. & sump. funerum. ¶ Iason aliter, ex ratione originis, primo enim immobilium homines ceperunt possessionem, vt etiam sumitur ex titulo nostro. ¶ Opponeres forsitan. d. l. cum in diuersis. ff. de relig. & supra fun. vbi caput est dignius cæteris membris, vt capite possessio capiatur, videlicet & solo oculo. l. ꝙ meo. in. §. si venditorem. Dico tamen illam non fuisse primeuā, sed casu extrinsecus postmodum ad inuentam, concurrente voluntate duorum, tradentis videlicet possessionem, & acquirere volentis, nō enim sic acqsiuit, quis primā possessionem, ¶ Neq; sedendo, ut quidam dicunt, à sedibus innuen

do,non aliter quam ſedendo quem poſſidere, nec primam ſyllabam verbi, poſſeſſio,reſoluentes. ¶ Quæritur cur po ti à corpore itaq;,actu naturali quam ab animo dicatur cum non minus animus requiratur.l.iii.§. in amittenda, in fra eod. Ita vt ſine animo non poſſit acquiri quamuis maxi me quis corpore contingat,vt dicitur in l.noſtra in.§. ſi fu rioſus. ℣ Paul.Dicit quia corpus in acqrendo,eſt maximũ qd.l.iii.& de iur.gẽt.(ſic priori)corporalis introducta fuit, ſed illa animi iure ciuili.℣ Iaſon contra,cum animus nobi lior ſit. Not.in.l.iuſtiſſime de edil.edic.item potentior tam in retentione poſſeſſionis, quam in amiſſione quæ fit ſolo animo dicto.§ in amittenda nõ tamen corpore ſolo.l. clam poſſidere.§.qui ad nundinas infra eod.ſed reſpondet iſdem, ꝙ in acquiſitione,magis corpus operatur.l.ii.§.nerua filius ibi quatenus ſub cuſtodia noſtra ſunt,ideſt quatenus, ſi ve limus earum naturalem poſſeſſionem nanciſci poſſemus,& acquiſitio non retentio principaliter cõſideratur igitur &c. Argumento.l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet. ℣ Florent. contra hoc,ex quo animus vt corpus in acquiſitione opera tur.§.i. infra eod. vbi dicitur furioſũ nõ incipere poſſidere, quia non habet animum,quadere ſoluunt,quia poſſeſſionis acquiſitio facti non iuris eſt,vt in.d.§. ſed furioſus. ibi eã rẽ facti non iuris eſſe.Et facta non animo ſed in corpore conſi ſtunt,igitur &c. Ad ꝙ.l. deniq; .ff.ex quibus cauſis maior. ¶Conſidera tamen ꝙ in.d.§.non ſimpliciter approbãt eſſe facti,ſed cum adhærentia ciuilis poſſeſſionis,patet,dum di- cit de intellectu,ſed hoc tolliť per .d.l.deniq;. Dum dicitur ꝙ plurimum facti habet,ſic ratio iſtorum ſubſtinetur, ab eo ꝙ plurimum ineſt ¶ Iterum oppo.d.l.cum in diuerſis ,vbi non attenditur corporis maior pars,ſed illa quæ reputeť di- gnior,ideſt caput,ſed deberet animus attendi, quia dignior eſt,vt ſupra. ¶Reſpondeo quia ex capite quis cognoſci- tur ideo caput attendatur,& dignius eſt,quia plurimũ ope- ratur.vt ibi dicitur,vnde concludo,ꝙ quia ex aſſiſtentia cor poris cognoſcitur potius quem poſſidere quam ex animo, cũ hoc ſit,quid intrinſecus ideo magis à corpore denomi-

10 netur,arg.l.dolum .C.de dolo. ¶Secundo notatur, ꝙ dominium cepit à naturali possessione,itaq; dominium sic iuſ gētiū primeuū de quo in.l.ex hoc iure gent.ff.de iusti.& iur. cæpit originē à iure naturali primæuo,quod quomodo ꝓcedat vide Soccy.hic. Aduerte ꝙ quamuis dominia contra/ ctusq; iurisgent.primeuo fuerint introducta,illam nihilominus bonam fidem (quam in his adhiberi quādoq; necessariū est,de qua in.l.i.ff.de cōst.pecū.)primæui iuris naturalis esse dicemus,sic intelligo tex.in .c. ius naturale, prima distinc. quam pro contrario adducebant. ¶Tertio notatur valere argumētum ab ethimologia,de qua dicetur in glo. ¶Quar-
11 to notatur,ꝙ capta in bello statim occupantium fiunt,quia in nullius bonis sunt,nam parificantur hic cum volatilibus quæ statim &c. vt patet in verbo,protinus,ad ꝙ est tex.in.l. naturalem in.§. fin. infra titulo primo ibi , quæ ab hostibus capiuntur statim &c. ¶Sed Alex. contra,quia debent Imperatori seu Duci exercitus consignari, qui diuidet inter milites.l.si quis pro redemptione,C.de donat.c. ius natura/ le prima distinc. ¶Dic per Florent.capiētium fieri statim quamuis præsententur, vt quandoq; à magistro militum diuidantur,hoc modo intelligitur tex.in.d.l.si quis,ibi præstat iunctis sequentibus ibi,vel de spoliis hostium, quamuis respectu aliorum verborum ibi.de sua substantia &c. Importet donationem. De qua in titulo illo. ¶Diuiduntur(inquam)ex ratione Petri de bella perticha,ne plus consequantur non militantes vel segniter,quam acriter pugnantes, secundum merita enim diuidenda sunt,vnde statim capiētiū fiebant,sed reuocabiliter. ¶Neq; mirum est,si hoc ad præfatum tex.in verbo statim,subintelligat,cum in simili illud sit,ne etiam perfecte capientium fierent, nisi intra præsidia deducerētur,ang.hic per tex.in.l.si quis in seruitutem , cum sequent. ff.de furtis,vide tex.in.l.postliminiū. ff. de capt. ¶Quod notabile procedit in mobilibus, immobilia vero efficiunt fisci seu publicant .Ad quod .l. in Agris.supra titulo ꝓximo. ¶Et procedit in bello iusto. Alex. hic , est tex. in cap. sicut,el .3. de iur.iura. ¶Iustum bellum intelligas

indictum per principem, neq; nostrum est de causa inuestigare, Ioan. Andreas in .c. olim causam de restit. spoliat. nec attēditur ꝙ ex parte innimicorum sit iniustum, nam. ll. simpliciter dicunt ab hostibus capta fieri capientium .d.l. naturalem, neq; distinguunt ex qua parte, ex vna tantum parte iniustū esse oportebat. ¶ Non ob. Abb. in cap. sicut, de iure iuran. nec tex. in cap. iustum. quia procedunt in foro poli. ¶ Non ob. ꝙ princeps quem directe sine causa bonis priuare non possit, itaq; minus indirecte, arg. l. contra. l. ff. de leg. quia prohibitum (quando venit in necessariam cōsequentiam) attendi non debet, ita Bart. in. l. i. ff. de auth. præstan. ¶ Princeps enim potest indicere bellū, si res postmodum capientium fiant in necessariam consequentiam procedit, ita resoluunt. ¶ Quæritur cur de causa non curatur. Dicunt quia principis auctoritas facit, vt videatur iustissime indictū arg. l. fin. C. si cōtra ius vel vtil. publ. ¶ Mihi vero non placet per. l. hostes. ff. de verb. signif. vbi iustum bellum est, ꝙ ab exteris populo Romano, vel Principi indiceretur, in quibus iusta (sicut supradicta) causa præsumi nō potest, qua de re concludendum putarem esse iustam, vt qui indicunt credant esse iustam, idq; faciant pro iustitia tuenda, quod satis factum esse dicetur, si palam & cum solemnitate bellum indixissent. ¶ Non ob. l. post liminium .ff. de capt. ibi, ꝙ hostes iniuriose tenent, quia sunt verba nostrorum, nec dissimilibus ipsi hostes interogari vterentur, rationisq; rationem crederem istam esse, quia non est dare maiorem. Qui de iustitia cogniturus esset, inter Principē & suos hostes. ¶ Quādere si bellum indiceretur ab inferiore, non putarem illud iustum esse per rationem præfatam, nisi causa euidenter iusta præponeretur, vt quia Princeps moribus tiranicis publice vteretur, vel suos ministros vti pateretur argumento regule qui tacet, de regul. iur. in .vi. nam ipso iure tunc principis potestatem (vt puto) perdit argumento .c. erit autem lex, prima distinc. iiii. iuncto textu in auc. de consulibus, in principio, & auctoritatem de qua, supra cum in incertis non certis locus sit coniecturis, vulg. l. continuus

de verb.oblig. ¶Notabile modo nostrum ab hostibus ca/
12 pta fieri capientium, non procedit in territorio alieno,con
suluit ita Soccyn.argu.l.præsenti,&.l.denunciamus.C. de
his qui ad eccl.confug. Alienum enim territorium sicut ec∗
clesia,præbet securitatem. Contrarium tenuit Ioh. de ri∗
chis Florent.per.l. si quis pro redemptione,in.§.i.C de do
nat. ibi magistri militum militibus donant spolia,in quibus
cunq; locis degere noscantur,ponderat generalitatem ver/
bi quibuscunq;,vt comprehendat capta in alieno,Soccyn.
dicit illud verbum ad bona nō referri,sed ad personam ma∗
gistrorum militum. Florent. ꝙ imo ad bona tanquam ad
proxima.l.si idem cum eodem.ff.de iurisd.omn.iud. ¶Ni∗
hil est pondero verbum noscuntur,ꝙ præsupponit nomina
tiuum,sed nominatiuus ibi nullus est preterquam magistri
militum.igitur tantum refertur ad eos. Præterea supra di
xerat spoliis hostium, non conuenirent verba sequentia ibi
degere noscuntur,sed posuisset degentibus,vel degentium.
¶Secundo pro ipsius parte adducebatur.l. diuus.ff. de ser∗
uit. rust.præd. vbi quamuis dominus possit prohibere in∗
gredientem fundum,non tamen impedit quin aues capte in
gredientis fiant,Soccynus dicit maiorem esse publicam se
curitatem,ita firmo.quia publica securitas omnium ciuita∗
tis prohibitio est,nō solius particularis,vt in.d.lege.¶Flo∗
rentini firmant argumentum de.d.l.diuus,iuncta.l.nostra,
vbi capta in bello feris captis æquiparantur, responderem
in duo tantum fieri æquiparationem,videlicet,ꝙ iurisgent.
similiter occupantium fiant,& ꝙ statim, ipso quo capiunt,
Non autem in reliquis,cum diuersa ratio laboret.d.§.idem
cœlius, nam non feris vel auibus sed hominibus securitas
publica datur,ex quibus distinguemus generalitatem. d. l.
naturalem,cum simil.vt non procedat in occupatis in alie∗
no,nisi vbi quis hostem insequeretur trāseuntem in locum
alienum,argumento eorum quæ dicuntur in.l.pleriq; .ff.de
13 in ius voc. per Bar.in.l.ꝙ ait lex.in.§.i.ff.de adul. ¶Infe∗
runt etiam ad quæstion. Iohannis Andr.in addit. specul in
titulo de rapt. Mantuani bona recuperauerunt occupata ꝑ
Vero

Veronenses,quæsitum est an fierent recuperantium, vel pri oribus dominis restitui deberent,hoc vltimum firmauit,per .l.ab hostibus la.ii.C.de capt.vbi serui a militibus capti do minis restituuntur,dicit ibi tex.receptos enim eos non cap tos iudicare debemus,& milites nostros defensores eorum decet esse non dominos. ℭ Secundo per.l.si captiuus.§.ii. .ff.de capt.vbi expulsis hostibus, agri prioribus dominis re stituuntur. ℭ Tertio per.l. Pomponius.ff.de acquir.rerũ Dominio ,de consuetudine tamen contrarium seruatum & iudicatum fuit,sequitur Angelus in.d.§.ab hostibus.ℭQuã consuetudinem limitant, nisi incontinenti recuperarẽtur, tunc non effecta hostium finguntur,argu.l. qui possessionẽ .ff.de ui & ui arm.itaq; dominis restituentur.ℭDistingue rem aut bona fuerunt comilitantium,vt arma,vestes, æqui, tunc fiant recuperantium,nisi incontinenti &c. Tũc enim si cõmilito non aufugisset,ei restituerentur. ℭAut subdi- torum,tunc si immobilia prioribus dominis restituerentur etiam ex interuallo recuperata,ex ratione quia princeps te- netur defendere fideles,vt in titulo de pace constan. cum vulgar.& sic non solum causa debellandi superbos milites haberẽ debet.d.l.ab hostibus & est casus in.d.§.secundo,vbi põdera ibi prioribus dominis,ad differentiã posteriorum q; est denotare dominium fuisse hostium, & recuperationem factam ex interuallo. ℭNon ob.consuetudo,quia in casu hoc corruptela potius diceretur, nec per eam iudicandum esset contra casum legis,& si diceretur iurisgentium fieri re- cuperantium,vt hic nihil esset cum fuerit alteratum a iure ciuili.d.§.ii.ℭSi mobilia habebit locum consuetud. nisi in cõtinẽti &c. & nisi consisterent in magno valore quia tunc immobilibus equipararẽt, argu.eius q̃piuꝛ diciẽ magnã cau sam pecuniariam æquiparari criminalibus, recuperanti ta- men aliquid datur pro recuperatione ne minus consequat quam si recuperasset bona modici valoris. ℭDuo notat 14
Soccy.ex tex. in verbo.eiusq; rei vestigium,vnum quod ex- primitur daturq; nobis in sensu directo, videlicet in rebus hic enumeratis,& hodie sola possessione dominium quæri,

Quæ enim ſunt nullius,occupantium fiunt, Bartolus in .l. reꝙ nobis infra eod.& nullius eſſe dicuntur,ſi hominis artificio carerent,videlicet in alieno loco reperirentur. ℭ Adde tex. noſtrum ibi littoribus inuente,littus enim in bonis nullius eſt,inſti. de rer. diuiſ.de æquitate tamen pro parte fierent inuentoris,vt conſtituit Adrianus recitatus in .§. theſaur⁹ eod.titulo ſi ſint magni valoris,bene poſſumus de theſauro dare partem,non ſic de re parui. ℭ Quæro quid ſi lapillus manu ornatus inueniretur in littore, dicerem non fieri occupantis per iam dicta,ſed aſſignandū eſſe fiſco,tanquam vacantia bona & obſeruabitur ſolemnitas vacantium bonorum de qua in.l.ſi vacantia .C.de bo.vacant.lib. decimo. ℭ Aliud Soccyni,eſt ꝙ hic nō exprimitur,ſed ex tex. capitur per contrarium ſenſum,videlicet in rebus hic nō enumeratis,poſſeſſione ſola non quæri dominium, vnde ſequit᷑ verū ēe quod Paul.de caſtr. dixit,videlicet bōa imobilia,nō ſumi in bonis nullius,ſed reipublice vel domini , ſub cuius territorio ſita inuēirentur,nam ab initio dominia diſtincta fuere poſitiꝙ termini.d.l. ex hoc iuregentiū ff. de inſtit. & iur. vnde nequaquam in nullius bonis fuiſſe dicētur. ¶ Sed Aretinus conſuluit cōtra fretus ꝙ ſequeretur in donatione Imperatoria de territorio, nō venire id ꝙ intra territorium repetitur ſine dominio particulari, ꝙ iure non probatur. ¶ Secundo ꝙ tale dictum eſſet contra vulgarem illam regulam ,videlicet quæ nullius in bonis ſunt occupantium fieri ¶ Tertio res habita pro derlicto non fieret occupantis. ¶ Quarto per Bar. in.l.ſi duo,ff,vti poſſid. concludentem ꝙ per occupationem probatur dominium directum , in re quæ per alium quandoꝙ occupata,nō appareret ,nam non verum eſſet ſi concluſio ſtaret,cum præſumeretur in bonis ciuitatis. ℭ Sed ad primam ſecundam tertiā Soccynus reſpondet, vt procedat in caſu quo appareret eas res fuiſſe quandoꝙ occupatas,veniunt.n.ipſe in donatione Imperatoris nō quas pateat occupatas nullo tempore fuiſſe. ¶ Ad ſecundum aliter dic,videlicet in lapillis gemmis,vt hic , & in immobilibus vt in.§.inſula, verificari. ¶ Ad tertium di

cas vt dixit,ex quo nota ꝙ titulus pro derelicto,locum non vendicat in rebus quæ nunquam fuerint in bonis alicuius ¶ Ad quartum dicit Bart.non præsupponere casum in quo principaliter de dominio ageretur, tunc nec rei nunquam occupatæ dominium probaretur ex possessione, vt idem in .l. rem quæ nobis, eod. titulo,ita cõtrariũ soluit,sed vbi dominium incidenter ventilatur quo casu vel occupata, vel nusquam res fuerit,dominium per eius possessionem probaretur, vt Bart.in .l. nam & si fur.ff. si cert. pet. ¶ Quinto contra Paul. Florent. per tex. in.l.si vacantia.C.de bon.vocant.l. decimo, vbi vacantia bona non prius incorporantur quam si per proclama perquisitum sit, an quis se dominum prætendat,non igitur vacãtia statim principis facta sunt,vt Paulus præsupponit. ¶ Tu dic in titulo illo per totum,de vacantibus propter mortem,vel delictum non alio mõ tradi. ¶ Nec ob.verba ibi. vel alio modo, quia denotãt modum delicti,cum etiam mortis explicasset, itaq; vbi alio modo vacarent,solemnitas non obseruaretur, dictio enim (alio),copulat similia expressis,glo.in.l.si fugitiui.in verbo alia.C.de seruis fugitiuis. ¶ Sexto mouebat̃ p Abb. in .c. si diligenter,secundo notabili,de foro competen.nihil est,nec Abb. id probat: ¶ Septimo per.l.primam.§.si insulam .ff. de flumin.vbi tex. ꝙ insula nata in flum.publico,si agri fuerint limitati, fit occupantis non eorum qui prope Ripam prædia possiderent,patet igitur ꝙ nõ est in dominio seu bonis Domini territorii. Cui responderem ꝙ quia insula est, quæ ẽt nouiter nascit̃,vt insti.de rer.diuis.nõ possumus dicere pro certo ꝙ occupata fuerit eo tempore quo dominia distincta fuerunt,non enim illa tunc in rerum natura erat; possideri igitur non poterat,argu.l.decem de verb. oblig. neq; videri,qui uisus saltem in acquirenda est necessarius .l. ꝙ meo in.§.si iusserim eod.quamuis iure quo loquimur,mẽbris tantum corporis possessio detur,itaq; in insula nunc nata.d.l.ex hoc iur.non verificaret̃ hoc modo cum Paulo & cũ Soccyno trãsirẽ. ¶ Nota per Alex.hic differẽtiã inter lapillos Gemmas,& Margaritas.inferentem ad quæstionem, & 15

Florēt. saluant eum à Perusinis, in lapillo enim praeciofo lae sio non potest considerari, Bar. in.l.fin.ff.de public. ℭ Dū Alex. infert. ad quaestionem de inquisitione dictante ꝙ ti/ tius violenter cognouit bertam, communiter approbatur; ℭ Aretinus contra. cui Florent. respōdent, sequntur ꝙ illud verbale videlicet violenter, posset, & ad tertium referri. puta si tertius compulisset quem, vt cum berta coiret, exemplum est in cap. veniens de sponsal. vbi pater inuentum cum filia de sponsare coegit. ℭ Glo. prima diuiditur, vt per alios. Contra primam eius partem Bar. oppo. ꝙ eius diffinitio nō conuertatur contra. l. i. in. §. dolum. ff. de dolo. nam & sine pedibus possessio ēe pōt habeŕ in. l. quod meo. in. §. si vēdito rem in. l. iii. in principio infra eod. in. l. clauibus. ff. de con/ trahen. empt. vnde dicit hic non poni diffinitionem, sed vocabuli allusionem. seu deriuationem. ℭ Iterum oppono. per glo. in fin. sic sequor ordinem eius legendo primam cū vltimam parte, ꝙ secundum hoc res mobiles non possiderē- tur quia pedibus non calcantur, ꝙ esset contra. l. si rem mo bilem, & l. rem quae nobis, eod. quadere concludit ꝙ proprie

16 non possidentur. ℭ Ex cuius verbis doctores capiunt con- clusionem, ab allusione sumi propriam significationem. l. tugurii de verb. signif. l. ii. in. §. appellata. ff. si cert. pet. me- lius in. l. notionem in. §. instrumentorum. in verbo. proprie de verb. signif. & in. l. i. ff. ad municipa. & haec opinio com/ munis est. ℭ Iason ꝙ immo nec immobilia proprie posside antur per tex. nostrum ibi quasi, nam denotat improprietatē. l. ii. ff de usufr. earum rerum quae vsu consum. cum simili- bus tamen soluit ꝙ quandoq; exprimit veritatem. l. i. ff. de tuto. ibi quasi tuitores, nam vere sunt tuitores. Concludē/ ter post glo. isti vidētur velle immobilia ꝓprie possideri mo bilia vero improprie. ℭ Bartolus & magis communiter te- nent ꝙ etiam mobilia ꝓprie possideantur cui satis contra- rius est tex. in. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iii. vbi quis di- xit relinquo quicquid in patria mea gadibus possideo. instr. calendarum non venit, neq; pecunia domi gadibus relicta; ℭ Respondetur per glo. ibidē & Florent. hic illud ex ratio-

ne,quia nec instrumentum neq; pecunia perpetuo ibi remã sura erant, ad ꝙ pondera verbum,reliqui, quasi dicat relinquenda non erat. ¶Quicquid sit satis obstat,cũ indistinctæ loquatur,& clare se ostendat,ꝙ in præfatis verbis,videlicet illis,ibi quæ possideo,non contineatur,dicunt ꝙ quia si ꝓprie possideret,titulus utrobi esset superfluus, cũ suffecisset vti possidetis.nam sub illo verbo possidetis, res mobiles cõprehenderentur,& nihilominus diuersi tituli in,ff.&.C.positi inueniuntur. ¶Ex dictis tamen Bart. infertur ad quæstionem eius.qui reliquit suas possessiones,vel rerum suarũ, an & mobilium possessio relicta dicatur, videtur verior affirmatiua,per Bartholum & communiter,vt supra. ¶Petrus cy.Bal.in.l.fin.C.de compensation.& Alex. hic dicunt venire magis per communem loquendi vsum. ¶Nihilominus & per superiora. ¶Cum istis tenerem,si reliquisset dicẽdo possessionem rerum suarum sed dicendo possessiones suas venire putarem proprietatẽ etiam ruralium immobilium secundum communem loquendi usum. ¶Nã dum vulgariter dicitur possessio sua alias la possession sua significat prædiũ rusticum,siue rurale,in hoc puto fundatum textum in.l.ii.ff. de fideiuss. minor,& in .l.prima.C.de omni agro.desert.lib. decimo iunge rub. suam. ¶Redeundo ad primum dictum. quando dixit possessionem rerum suarum,clare demonstrauit se excludere proprietatem,arg.l.cum pretor.ff.de iudic. neq; cõmunis loquẽdi vsus facit hoc importare ꝓprietatem bene facit importare mobilium possessionem. ¶Sed tunc vt relictum tale non sit absq; utilitate cõtra propositum relinquentis,& Argu.§.sed si rem.insti. de leg. & vt fugiamus frustratoriam dispositionem,dicendum esse putarem ex verbis illis vsumfructũ. rerum censeri legatum. ¶Aut dixerit relinquo ea quæ possideo.tunc relicta proprietas etiam mobilium(vt puto)censetur,argu. dictorum Bar. dum tamen ciuiliter saltim possideantur. ¶Dubium facit an etiam iurium.videtur ꝙ non quia incorporalia non possidentur.l. ꝙ seruus.§.seruitutes,infra eod. & hoc firmarem in odiosis & strictis iuris,argu.l. quicquid astringende,de verb.oblig.nõ

in fauorabilibus. Argumento regulæ odia in vi. aut dixit ea quæ possideo in tali loco puta Romæ, tunc & mobilia veni
17 rent, si tñ ibi perpetuo remansura erant, ꝙ ex rerum ipsarũ natura sumitur, vel destinatione. d. §. legauerat. ¶ Redeundo in hoc principio glo. tractatur an ualidum sit argumentum ab ethimologia, per Bar. & docto. hic in .l. ii. §. appellata. ff. si cert. pet. in. l. omnes populi. Tertia quæstione, sexte quæstionis principalis de iust. & iur. dicitur ꝙ sic. nisi diffinitio repugnet: nã nõ est testamẽtũ quelibet testatio mentis, qa diffinitio repugnat, vt in principio. insti. de test. ¶ Sic in furto, non enim sequitur non esse furtum, quia de nocte factum non fuisset. de quo in. l. i. ff. de fur. iuncto textu insti. de oblig. quæ ex delic. nasc. Ratio illa est quia diffinitio debet naturam diffiniti enucleare. d. l. i. ff. de dolo, quadere stat ætimologiæ. & diffinitionem intelligas iureconsultorũ non eam quæ magistraliter poneretur, vt hic Iason. ¶ Inde sequitur ꝙ si plus neq; minus esset in æthimologia quam in vocabulo ipso, vt patet in donatione. quæ est doni datio. sic in exceptione. tunc ex ea negatiue affirmatiueq; recte argueretur. vbi diffinitio non repugnaret dicunt moderni in. c. priuilegia. iii. distinc. sic procedit instituta, de interdictis vbi inter duos redditum est interdictum. & .l. i. ff. de fide instrum. vbi quia instruit est instrumentum. ¶ Sed obst. ꝙ diximus de tutore, non enim omnis qui tuetur est tutor. ¶ Itẽ contra de possessione, non enim ipsius ethimologia plus minusue continet. Respon. ꝙ in duobus istis iuriscons. nõ simpliciter dedit nobis ethimologiam, sed adiunxit dictionẽ quasi, vel dic ꝙ ethimologiæ tutoris diffinitio repugnat, de qua in. §. i. inst. de tutor. ¶ Et in possessione dic iuriscõs. nõ remãsisse in allusione. Sed vlterius ꝓcessisse dicẽdo de gẽmis, lapillis, &c. Quæ repugnant, sic ab ethimologia non bene argueretur, intelligas affirmatiue non enim est testamẽtũ quia sit testatio mentis, possent enim esse codicilli legatum vel quid simile. ¶ Sed negatiuæ procederet infallibiliter vt arguit iuriscons. in. d. §. appellata, non fit de meo tuum per hoc non est mutuum, habet in cap. forus in ver.

bo.Iudex. de verb. signif. ℭ Quod intelligas per eos vbi su meretur ex essentiali natura sui & in d.§ vt exemplis,nō quā do ex accidenti ethimologia veniret.vel ex eo ꝙ rationabili ter esse deberet. ℭNon enim sequitur ꝙ qui non auget im- perium non sit augustus,non facit pontem,ideo nō sit Pō- tifex. ℭ Sic respondetur ad.l. nostram. ꝙ animo possessio est,& si nō sit pedum positio quia ꝙ pedum positio sit,venit ex accidenti,unde nec negatiue argumētum procedit.ℭSic in furto,est enim accidētaliter vt de nocte fiat.& nota verba, plerūq;,in.d.l.i.ff.de fur.ℭEt sic ē in.l.taberne ff.de verb.si gnif. accidentaliter enim euenit,vt taberna tabulis clauda tur. ℭSecundam glo. partem aggrediamur,in qua posses- sio deffinitur primo per Iohannem glossatorem antiquum, ꝙ est ius quoddam rem detinendi. ℭVbi Bartolus contra quia facti non iuris est, Alex.ꝙ immo iuris,ut in.l. peregre, ibi ius possessionis in eod.ℭSed eundo per vestigia Soccy. considero rei apprehensionem,vel retentionem,aut propriā possessionem esse nudi facti caderéq; in furioso , infante vel mentecapto. ℭNon tamen ex tali facto inciperent posside re,cum non habeant affectionem,vt in.l.nostra.§.furiosum & in.l.pupil⁹.Vnde in apprehensione requiritur & aliud fa ctum videlicet animus.l. consilio.C. de curato.furio.l.bo- næfidei supra titulo primo,& hic ponēda sunt quæ hic Soc cy.in primo membro. ℭ Ex quibus factis ius oritur ꝙ ius possessio de nominatur,vt infra dicemus argu.l.si ex Plagis .§. incliuo.ff.ad .l. aquil.ℭSecundam itaq; retētionem esse facti,vel si consideras actualem,vel cum animo retentionē. ℭQuæ si solo animo fiat conseruat possessionem,itaq; ius quæsitum ut in.l. peregre & in.l.clam possidere.§.qui ad nū dinas,eodem si etiam actualiter itaq; corpore nouum ius ꝓ ducere apta est,videlicet possessionem. ℭVnde si cum pœ- nes me depositam rem,animo possidendi retineam,taliter, vt non sim amplius restiturus,tamen possessio quæsita est .l.si rem mobilem infra eod. ℭNec ob. ꝙ constituatur in mala fide,non enim possessio de mala fide curat,est tex.in.l. iii.in.§.ex cōtrario. ℭTertium sic possessionem dicas esse 18

ius Bart. hic Alex. in quarta col. Soccy. in quinta, eam cõsiderando prout est quidditas separata ab actu apprehensionis, & retensionis, non tamen sine facto scilicet animo stare, potest. d. §. furiosus. ¶ Pone casum ꝙ possidenti superuenerit furor. ¶ Per hoc ultimum firmarem cum Aretino ꝙ possessio sit quid iuris & facti. ¶ Et moueor ex. l. nemo. C. eod. ibi nemo ambigit possessionem duplicem esse ratione, alia quae in iure consistit, alia quae corpore. Et moueor ex l. possessio. §. i. (quam ipse duxit) ibi possessio nõ tantum corporis sed etiam iuris est. ¶ Nec Soccy. obst. dicens non tantum esse facti uidelicet apprehensione sed etiam iuris postquam acquisita est, ideoq; vt nõ cadat in seruum, quia dico etiam post acquisitionem esse facti, cum non minus factum scilicet animus, quam ius in ipsa versetur. Item tex. ille simpliciter loquitur, comprehenditq; omne tempus. Item ibi videtur expressum, dum tex. dicit tenere, ac possidere, sic comprehendit tempus, & post corporalem apprehensionem.
¶ Nec Florent. saluabunt per glo in uerbo manumitti. l. ii. de officio proconsul. quia procederet si expresse alibi caueretur possessionem tantummodo iuris esse, sed non cauetur igitur eadem res diuerso iure censeri non debet. Argu. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. ¶ ꝓ hac opinione pondero. d. l. peregre, ibi ius possessionis, quae verba sic ponũtur, ad differẽtiã facti possessionis quod videlicet uertitur in possessione itaq; animi. ¶ Vt etiã pondero. d. l. nemo. ibi ius possessionis iunct. princ. ubi patet in possessione ius & factum pariter uersari. ¶ Sic intelligo. l. non ideo. minus. C. de lib. causa. Ad. d. l. possessio, pondero ibi mutuetur, ergo & de facto etiam. ¶ Non ob. uerbum ibi plurimum, quia procedit in eo casu, vt habeat plurimum facti. Vide glo. ibi & in. §. pupill⁹ in. l. nostra in uerbo, eam rẽ. ¶ Nõ ob, ꝙ ideo dicat ius quia de facto habuit ortum. d. §. in cliuo, quia diceremus nõ solum ortum ex facto habuisse, sed etiam nullo tempore sine facto stare posse, ut supra posuimus, merito & facti esse dicemus tanquam ad eius essentiam factum sicut ius requiratur, sic cessat argu. Alex. & Iasonis. ¶ Item & aliter his dicas ꝙ non

non sequitur id ꝙ ex facto habuit ortum, ideo est iuris non facti, vt prosupponebant, nam si factum vt ius in essentia eius necessarium est, non viderem cur minus facti quam iuris debeat denotari. ¶ Eo fortius quia ius illud ex facto habuit ortum, argu. §. affinitatis insti de nupt. ¶ Nam obligatio quæ est ius ex contractu, sic ex facto nascitur. l. consilio. C. de cur. furio. non tamen in ipsa versatur factum, vt in possessione. ¶ Non obstat conclusioni. l. si ea. in fin. ff. de actio. emp. ibi tuendus est q prius ius apprehenderit, idest cui prius possessio tradita esset, quia dico ex eo ꝙ ibi dicitur ius apprehendisse cui tradita est &c. Nō sequi possessionem nō esse facti, nam quamuis factum illud traditionis euanuerit. (quia trāsitorium est) nihilominus aliud factum permanens scilicet animus durat. ¶ Præterea & aliter dicam, ꝙ verbum possessio in. d. l si ea. per actuali tantum capiatur possessione non ea de qua loquimur, videlicet quidditatiua, patet dum ibi refertur ad verbum tradita. Item non conueniebat dicere apprehendit factum, nam in se ipso apprehēdens erat factum, idest animus. ¶ Non ob. l. liber homo in. §. fin. ibi excepto eo ꝙ ius est, supra titulo primo, quia dico illud referri, ad usucapionem, quæ est ius, ut insti. de vsucap. ¶ Et si referres ad possessionem, faceret ꝓ nobis, quasi dixerit ibi, ꝙ illud ius permanens in possessione liber homo bona fide non acquirit, vnde dicendo vt supra indicat nobis aperte facere illam exceptionem ad diferētiam facti permanentis, in possessione. ¶ Non ob. l. stipulatio ista in. §. si quis forte ibi, si de possessione, vel alio iure, de verb. oblig. quæ verba. alio iure, implicant, vt in. l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. (Itaq; ostēdunt nobis possessionē esse ius) quia dico per hoc non sequi quin etiam sit facti. ¶ Non obstat Innocentius in c. Episcopi, de reb. eccle. non alien. dicens super possessione censeri causam commissam, vbi sub illa forma committeretur, videlicet super iure ꝙ habet ecclesia, quia dico non ēe mirum, cum possessio, sit iuris & facti ꝑ participationē igiť iuris causa censebitur commissa, non enim hoc repugnat, quin etiam facti sit. ¶ Ex quibus meis dictis habebitis respō

ſiones ad argumenta omnia contrariæ partis,& reprobatas diffinitiones Iohannis & bartoli dum ſimpliciter diffiniebãt poſſeſſionem eſſe ius. ¶ Item dum dicunt ius inſiſtẽdi rei, aperiunt ꝙ illud inſiſtere cauſatur a iure, & tamen contrarium eſt,ut in.l. noſtra.vbi ius ab eo qui inſiſtit cauſatur. Item inſiſtere actu corporis ſolum,verificatur, & tamen eſt dare poſſeſſionem abſq; corpore,vbi animo retinetur,ex his duobus nõ ſolum illam Bartoli,ſed Ang.& Imole.tollo diffinitiones.¶Adherendo diffinitiõi gloſ poſt Azon. forſitã dicere poſſes ꝙ poſſeſſio eſt corporalis rei retentio, iuris & facti adminiculo concurrente. ¶ Dictum eſt corporalis ꝑ eaq̃ glo.hic allegat. Addo .l. ſeruus .§. incorporales ſupra titulo primo. ¶Dixi rei ut mobilia caperem & immobilia vt in Rub. ff.ſi cert. pet. omnes tradunt. ¶Dixi retentio, vt acquiſitam diffinirem poſſeſſionem per ea quæ Bartolus hic poſt dinum,& q̃a verbũ retentio magis generale eſt,quã detentio,retentio enim uerificatur,& animo tantum ſi poſſideatur,ut quando corpore,ut in.§.qui ad nundinas, vbi nõ ſine miniſterio ponitur hoc verbum, ſed detentio tantommodo quando corpore ſimul cum animo &c.Vt in.l.noſtra. ¶Dixi iuris & facti quia concurrunt ut per ſuperiora, non dixi corporis & animi,ſicut glo. locuta eſt, namq; utrumq; eſt facti,ſufficit igitur dicere facti. ¶Sed contra iſtam diffinitionem dupliciter argueretur primo quia verificaretur in ſola detẽtatione,neq; ſoluatur per id ꝙ Alex. hic dicens nõ inconuenire ſi poſſeſſio taliter deffiniretur ꝙ comprehenderet etiam nudam detentationem,cum reſpondeat Soccy. Mentem Bartoli fuiſſe diffinire ipſam ut differt a detentatiõe, vt ſumitur ex ſuis uerbis,ibi poſuit ius prout differt à detẽtatione. ¶Addo tex. in.l.iii.§.fin.eod.quo in loco patet ꝙ longe differt ab ipſa. ¶ Secundo diffinitio dicta & in uſufructu verificaretur, qui non eſt aptus producere vſucapionem,vt poſſeſſio ipſa,multumq; differt à poſſeſſione,ut in vulgaribus eſt uidere. ¶Neq; perceptio fructuum prouenit à poſſeſſione,ſed iure ipſo ſeparato, percipiẽdi fructus uel à dominio. ¶Item uſufructuarius, tantummodo na

turaliter possidet.l.naturaliter infra eode itaq; actu,nos ue/ro diffinimus quidditatiuam .¶Vnde finaliter primo deffi/niam largo modo possessionem,vt sit ius,vna cum rei vera vel ficta retentione,acquisitum per veram vel fictam appre hensionem.¶Proprie vero si diffinire vis,dicas q̄ est ius cū retentione acquisitum per apprehensionem .¶ Ad primam 19
redeamus,dixi ius,per tex .d.l.possessio cum simil. vt supra diximus.& mihi videt́ apertus tex.in.l.cū hæredes,infr.eod. dum excipit.ibi,possessio autē,quæ dictio excipit, exceptio de regula est, declaratur per deci. in rubr.de reg.iur. sed re-gula in.d.l.loquit́ de iuribus,ergo & possessio ius est.¶Di/xi vna cum,ad denotandum simultatem equalitatemq; iuris & facti.d.l.&.l.nemo. ¶Posui vel ficta,fingitur quandoq; quæm retinere,qui uere non retinet,puta quia non habet a-nimū patet in.l.iusto.§.eumqui infra titulo primo,nihilominus possessio est,cum operetur effectū præscriptionis. Arg. .l.deniq;.ff. quibus ex causis maiores,&.l.prime.§.sceuola, .ff.si qs testo lib.esse iussus fuer.& in regula sine possessione ¶Item posui tale verbum propter incorporalia, quæ ueræ non possidentur.d.l.seruus.§.i. supra titulo primo, sed qua si possidentur, patet,quia pro ipsis dantur,interdicta quasi possessoria,vt est tex.singul.in fin.in.l.si ædes de seruitu. Vrban, præd.& in .l. quotiēs de seruit.titulo generali.¶Di xi retentione,quia ipsa facti est,siue corpore, siue cum solo animo eam considerares.l.bonefidei,supra titulo primo, & dixi ad differētiā detētationis,quæ non uerificatur,quando solo animo possidentur .d.§.qui ad nundinas,iuncta.l. no/stra,sicut retentio est. ¶Dixi per apprehensionem ueram, vel fictam,de uera patet in.l.nostra in principio de ficta in .l.si iusserim,& in.l. clauibus de contrahen emp.¶Item po/sui hæc verba,vt excluderem usumfruct.non enim ille quæ/ritur per apprehensionem,sed pactionibus, & stipulationi/bus,vt inst. de usufruct. ¶Et excluderem detentationem, vltra tradita per Alex.& Soccy.hic, nam non quæritur de/tentatio per ueram,vel fictam apprehensionem sed tantum modo pactionibus, vel p iudicis decretum .d.l. cum legat.

.ff.ex quibus cau.in poss eat,hoc est Aret. ¶Si opponeres de seruo qui rem aliquam apprehendendo dicitur detinere, cum possessio quæ est ius,non cadat in ipso .l. quod attinet ff.de leg.iur. responderem illam esse asininam detentationem, quam clarum erat in hac diffinitiõe non comprehendi,cum non sit ius,sicut illa de qua in. d.l. cum ex legati. ¶Si diceres immo eam esse iurisgent.primeui, neq; sufficeret,cum diffinire velimus possessionem quidditatiuam omni iure inspecto , ita me resoluere in larga diffinitiõe possessionis. ¶Si scire velles quomodo stricte ac ꝓprie diffiniret, tollas ex supra posita quodq; verbum in portãs fictionem, & improprietatem,considerabis tantummodo ueritatem apprehensionis sic in principio.l. nostræ fuit consideratum , vnde cum dixerim apprehensionem,poteris sumere , verba cum retentiõne,uerificari tantum in re corporali, cũ incorporalia minime apprehendantur,sicut neq; aer . ¶Glosam secundam diuisit Iason.in eius principio disputatur an possessio sit de iur.gentium primeuo,uel potius de secundario, dicitur de primeuo ,si eam in abstractu caperemus ; ut patet ibi communis omnium possessio in.c.ius naturale prima distinc.ꝙ primeuum originem habuit cum iure naturali,quãuis differant,quia id solis hominibus hoc & brutis commune est,sed uidetur immo eam de iure naturali, ut.d.cap.dic ibi poni ius naturale pro iuregent. sicut & in.§.singulorum insti.de rerũ diuis.ex causa quia prouenit à ratione hominis naturali,ut in .§. ꝙ uero insti. de iur.nat.gent. & ciuil. ¶Aut loquimur de possessione distincta,illius uidelicet,uel istius,Martini Petri &c. Tunc secundarii iurisgent.est, quo dominia distincta fuerunt.d.l.ex hoc iur.gent. ¶Considera tamen unicam tãtummodo dari possessionem , nec illud qa Martini facit quin eade sit,quia etiam unum tantumodo uidetur iusgen. esse , ut Archidiaco.in.d.c.omnes ,prima distinct,quem Aret.Soccy.& Florent. sequuntur hic , maxime per.l. manumissiones & .l.ex hoc iur.gent.de iust.& iur.dũ se referunt omnes,ad.l.i.in fi. ideo possessio,ut iurisgent.ẽe dicatur. ¶Et quia tale ius humanis postmodum necessita-

tibus alteratum fuit, ideo & vt serui possessionis capaces non essent, effectum est, cum illo eodē iure. status eorum fuerit anihilatus (possessionis inquam producentis commoditates, & ciuiles effectus) sed eo ipso dominis suis acquirāt, quo percipiunt eius commoditates, in isto enim crederem verificari communem opin. se habentem duplex iusgentiū esse. 21
¶In eadem glo. ibi, item nota. discutitur quomodo naturalis possessio perdatur, prima opinio est quorundā dicētium catenus naturalem possessionem retineri, quatenus insistat, quod adeo stricte intelligebant, ut etiam eius fundi partes naturaliter possideri non dicerentur in quibus non insisteratur; sed ciuiliter tātum, patet in uerbis glose. ibi. in partibus. ¶Nūquam mihi hæc opinio placuit, per tex. in l. iii. in principio infra eod. ibi. sed sufficit quālibet partem eius fundi introire, si enim illud est in acquisitione, tanto fortius in retētione dicemus per glo. in fin. in opp. Ioannis. ¶Alex. aliter hic respōdebat, ꝙ ideo & cæteras fundi partes dicimur possidere, quia oculum est instrumentum corporale aptum ad retinendam possessionem, sic velle uidetur ita demum cæteras partes possideri, si oculis subiacerēt, quod maxime restrīgeret præfatam. l. iii. vbi sola cogitatio cōsideratur. ¶Vnde concluderem considerando duos casus. Aut quis fundi partem naturaliter corpore possideret, tunc & totum possidere dicatur, dummodo habeat possidendi affectionem, nec de oculo curatur, sic loquitur præfata. l. iii. non obst. iura allegata per Alexandrum, quia loqūtur vbi nullo modo est ingressus, ille qui dicitur possidere. d. § si iusserim, cum simil. ¶Aut non insisteret in aliqua parte eius, tunc si nūquam sit corporaliter adeptus non diceretur possidere. l. quemadmodum, cū simil. eod. nisi in terminis. d. §. si. iusserim, si adeptus tamen exiuerit à tota quamuis animum possidendi habeat nō tamen diceretur possidere, nisi oculus adiuuaret, ꝙ intelligas ut est distinctio Iohannis quam Paulo post aggrediemur. ¶Secunda oppositio Placent. & Azo. est, ꝙ nunquam naturalis possessio perdatur, quocunq; vadat ille qui possideret, glo. & Bartolus hic reprehendunt, quia sic nūquā

daretur casus quo naturaliter vnus possideret alter ciuiliter nec daretur ciuilis sine naturali cõtra .l.primã.§. deiicitur, de ui ui arma.l.ii.§.primo.ff.pro hærede.cum simil. saluarẽtur vbi vna possessio esset. Nihilominus quia duplex inuenitur videlicet,ciuilis & naturalis,reprehendi merentur, sic Alex. ¶Tertia Alani.ꝙ eo ipso quo de fundo exiretur naturalis possessio perdatur,ciuilem qui exit acquirat, si rediret intro eundo fundum,ciuilem amittat naturalem autem acquirat. ¶In omnibus reprobatur,non enim quis exiens de fundo perdit naturalem cum animus requiratur.l.iii.§.in amittenda,sic Alex.¶Sed mihi non placet per ea quæ Bar. hic,nam non perdi sine animo,procedit.vbi & animo retineri valeret,ꝙ non est in naturali,si enim animo retineretur non variaret â ciuili,& naturaliter possidere diceretur, qui eam nec in conspectu haberet,quod esset contra Iohannem Bartholum & omnes. ¶Bartolus aliter respondet ꝙ exitus nõ ẽ causa perdẽde possessionis.d.§.in amittenda, tu aduertas ibi dici de ciuili tãtum,vel saltim sociata cum naturali, prout simultanea cõsideraretur, vt quando diffinitur, sed vbi solam naturalem cõsiderarem,eo casu crederem exitum causare amissionem sicut introitus parit acquisitionem, vt cõtrariorum esset eadem disciplina,vt in Rub. per docto.dictum est,finaliter dic Bart.dum dixit exitum intellexisse solũ & ab animo denudatum,sic sequutus est Alex.ꝙ uero requiratur vtrunq; patet in.l.quemadmodum eod.vbi pro ratiõe dari crederem præfatam regulam contrariorum sic bene reprehenditur Alanus,considerans solum exitum causare naturalis possessionis amissionem. ¶ Dum vero dixit ꝙ redeundo perdit ciuilem peius loquutus est, per prædicta, & .i. dicẽda, ciuilis enim animo retinetur.l.clam.§,qui ad nundinas,quomo ergo dicemus per ingressum animum tolli? q immo augeri potius dici deberet,arg.l.si quis in fundi vo-
22 cab.de leg.iii.&.l.quot labeo.§. idem tubero,de suppellec. legat.& in aliis reprehendas per Alex.¶Quarta opin.est Iohannis distinguentis vt in glo,& communiter approbatur, ex cuius dictis plures capiuntur conclusiones. ¶Prima

quando per me ciuilem & naturalem possessionem haberem vel per alium, puta per seruum in rebus peculiaribus, nō in his de quibus in .l.iii. in.§. saltus, in eadē, tunc si detentans exiret, etiam per decimum lapidem, naturaliter possidere diceretur, dum tamen animum habeat possidendi, & rē ipsam in cōspectu sit. Ratio datur in glo. quia & eodē modo possessio quæritur, l. ꝙ meo, §. si venditorem, infra eodē. Et communiter probatur. ¶ Si non sit in cōspectu, statim tamen eam ingredi possit. Naturalis possessio retinetur, argu. l. clauibus. ff. de contrah. empt. ibi possessio tradita videtur si claues apud horrea tradite sint. ¶ Si vero non statim, naturalis amissa est. ¶ Sed retinetur ciuilis donec aliquis nos repelleret reuertentes. Aut si animo nostro possidere desinamus, eo quia suspicemur nos repelli ab eo qui possessionem ingressus sit. Ita ponitur, in. l. si id ꝙ in. §. fin. infra eodem. ¶ Circa hæc glosa quærit, si ille qui per exitum, vel absentiā naturalem amisisset vt supra, nunc reuerteretur, taliter ꝙ prope sit siue de proximo. An (eo ipso quo prope est) eam recuperare dicatur concludit affirmatiuam, dummodo res in cōspectu sit. ¶ Sed Iacobus de Arena aliter, videlicet tunc per exitum nō fuisse amissam. Argu. l. penul. C. de curat furios. ¶ Contra quem Bartolus quia nunquam alter intrans caperet possessionem, si qui exiuerit retineret. Cum pœnes duos insolidum eadem esse non possit. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commod. & tamen clarum est ꝙ intrās quamuis uiolenter eam acquirit. ¶ Quod intelligunt in casibus prædictis præsupponendo quem naturaliter & ciuiliter possidere. Sed si naturaliter tantum, vt est usufructuarius. d. l. naturaliter, tunc & solo animo absens eam retineret, cū istis glose dictis doctores communiter transiuerunt. ¶ Cōclusionem hanc videlicet recuperari possessionem, eo ipso quo in conspectu est. Amplia & si non sit in conspectu, si tamen de proximo esset recuperabilis, ut in glo. nostra. ¶ Quæ vera est, cum de facili res ad sui naturam reuertatur, l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Naturalis enim semel cū ciuili fuit vnita, non mirum si ex aspectu, vel sola uicinitate

Reunitio fiat, vt hic Socinus post Cumanum ; ¶ Secus igitur esset vbi nouiter, de acquirenda possessione vacante, daretur casus, tunc enim, & corpore opus esset, vt in.l.iii. in princ. melius in .l. quemadmodum infra eodẽ, quod vltimũ non intelligas vbi cum aspectu concurreret voluntas tradentis, vt in.§. si iusserim. in .l. nostra. ¶ Præterea conclusionem intelligas, & ampliationem vbi possessio vacaret, eo tempore quo, qui amiserit reuerteretur. Alias neq; per aspectum, neq; per vicinitatem recuperari posset. Etiam si alter qui possideret, abesset. vt Soccin. hic ex ratione quia cũ primus possessor (qui per absentiam amiserat naturalem) possideat ciuili modo, sequitur ꝙ secundus possideat naturaliter, quo ad primum. Quæ naturalis per absentiam non amittitur, vt in sequenti conclusione glose. Quadere quamuis absit iste secundus non tamen (si primus reuertatur) per aspectum uel vicinitatem naturalem acquirit siue recuperat. (stãte illo impedimento videlicet. duos insolidum eodẽ tempore possidere nequaquam posse). ¶ Et aduertendum puto ꝙ quamuis de naturali tantum proferant quam habet vsufructuarius nihilominus ex ratione glose ibi. quia animus non impeditur &c. Etiam de cuiuslibet alterius naturalis intelligetur. ¶ Quo vero ad aliam conclusionem illam videlicet. naturalem retineri si de proximo reggredi possit. Non parũ dubitarem, nam ꝙ (si non est in conspectu) retineat naturalem pœnitus est, contra naturam naturalis cuius essentia est vt corporeus actus necessarius sit, argu.l. nostre, sed vbi esset in aspectu sat in oculo corporeus actus verificatur. ¶ Nec obstat .d.l. ꝙ meo. in.§. si venditorem, & d.l.iii.§. si iusserim Et.d.l. clauibus. quia in terminis earundẽ res erant in conspectu. Præterea quamuis iura fingant in casibus illorum iurium contra naturam naturalis, & speciali ratione non ideo ad casus nostros ambliabuntur argu.l. ꝙ contra .ff. de legibus. Argu.l. præcipimus, in fine .C. de appellat, non enim in his casibus dici conuenit, vt res ad sui naturam reuertatur, vt per Socci. ¶ Immo retorquerẽ quia res incideret contra naturam naturalis, vt dixi. ¶ Neq; dici potest ꝙ

sicut

ſicut naturalis trahit ad ſe ciuilem.d.§.qui ad nundinas, cũ ibinot. ita ẽ conuerſo vt Soccin.loqutus eſt,quia reſpõdeo diuerſam eſſe rationem cum ciuilis non poſſit ad ſe trahere naturalem cõtra naturam naturalis. Quæ eſt ne corporeus actus deſit, ut in.l. noſtra. ¶Secunda principalis conclu- 23
ſio gloſe ſumitur,ꝙ vbi per alium puta filium ſeruum,tutorem,vel procuratorem haberet quis naturalem.Et per ſe ciuilem,licet detẽtor exeat poſſeſſionem (animo tamẽ eam retinendi)nec vicinus neq́ in aſpectu ſit,nihilominus naturalis poſſeſſio per dominum retinetur. ¶Idem gloſa vult in naturali poſſeſſore,vt ẽ vſufructuarius retinet enim quouis eat.l.i.§.interdictum.ff.de ui & ui armata, iunta .l. iii. in. §. vndeui. ¶Quærit huius vltimi dicti rationem reſpondet eade animum eius qui naturaliter, & ciuiliter poſſidet ſatis defatigari(ſi abſit)in retentione ciuilis,ſatiſq́ in ea operatur nec vlterius operari valet in retentione naturalis cum duobus inſeruire nimium ſit. Quod ceſſat in vſufructuario cuius animi onꝰin ſola naturali cõſiſtit,nec in eiuſd.retẽtione quamuis abſit,nimium defatigari dicetur,argu.l.ꝙ labeo.ff. de compenſ.& communiter hæc ſequntur.⁋Sed Soccinus contra,fretus quia in vna eademq́ re naturalem in altera ciuilẽ habeꝛ poſſũ,in decẽ rebus &pluribus naturalẽ i totideq́ & pluribus ciuilem nec animus ex eo nimis defatigari opinabiť,item in terminis quæſtionis videtur potius dicẽdum retineri melius naturalem propter auxilium ciuilis quam ut communiter argumentati ſunt,argu.l. qui patri. ubi doctores.ff. de acquiren.hæredit.Addo textum in.l.iii.in.§. neratius. ibi, quia ꝙ deſit naturali poſſeſſioni id animus implet,infra eodẽ. ¶Alex. dat aliam rationem ꝙ qui habet vſufructum eſt in quaſi poſſeſſione iuris vtendi fruendiq́ tã ciuiliter quam naturaliter,vt eſt glo. ſingularis.in .l.ait prætor, in .§. Item ei.ff. quibus ex cauſis maiores. Vnde ſi abeſſet retineret quaſi poſſeſſionem ciuilis iuris,non mirum ſi non perdit illam quaſi naturalem. ¶Addas ponderando verbum videť in principio,in.d.l.naturaliter, & adde gloſam in.l.licet,in fine.C.eodẽ,ubiratione iuris poſſident.

¶ Nihilominus hæc ratio non tollit iudicio meo dubium immo quando quis vere possidet retinendo ciuilem non retinet naturalem, vt supra narratum est, tanto fortius cōcludendum ꝙ quando quis ficte possideret retinendo quasi ciuilem nequeat retinere quasi naturalem. ¶ Socinus aliam rationem assignabat, ꝙ quando naturalis iuncta est seu vnita cum ciuili, parum interest quod vel ex eo patet, quia nullum uel saltim ex eo paruum præiudicium ex eius amissionem infertur. tex. est in.l.licet.C.eodē, & in.l.clam.§. qui ad nundinas, infra eodē. Ideoqꝫ quando reuertitur absens de nouo quærere possessionem minime dicendum sit. dominus Antonius. & Abb.in.c.cum venissent, de restit. spoliat. Inde etiam sequitur, ꝙ pro ipsa remedium retinende iuribus minime datum inuenitur. ¶ Nec obstat Aretin. dicēs per principem non posse tolli quando vnita reperitur, ex quo patet interesse vnita uel non sit, iuxta ea quæ habentur in.l. fin. C.si contra ius uel utilit.public. quia immo tollitur iuxta tradita, in.l.quotiens.C. de præcipibus Imperatori offeren. ita Socinus. ¶ Cui respondendum puto immo præiu-
24 dicium & magnum esse propter fructus & naturales accessiones, de quibus Bar.in diffinitiōe naturalis. ¶ Tertia Cōclusio glose principaliter se habet, esse duas possessiones ciuilem videlicet, & naturalem. Bart. tertiam addidit. Corporalem, cum quo Rom. per .l.i.C. de fund. patrim.lib.x. Est tex. in.l.ꝙ seruus infra eodē. & in.c. ꝙ autem, de iure patron. & in.c. cum aliquibus, ibi corporali, de re iudic. ¶ Sed cōmuniter hæc tertia reprobatur per tex.in.l.nemo.C.eodē ibi duplicem. Vnde per eos post Iohannem hic. Et Dynū in regula sine possessione concluditur possessionem in genere sumptam in duas diuidi species, quarum vna ciuilis altera naturalis appellatur, ciuilis per Bar. & omnes hic diffinitur. ¶ Item naturalis per eundē diffinitur, vt sit ius aptū producere ciuiles effectus respectu alicuius iuris à dominio separati, & respectu naturalium accessionum. ¶ Sed Alex. contra quia, non illa naturalis possessio vsusfructuarii producit præfatos effectus, sed quasi possessio iuris vtendi fruen

dicq,& hæc est secunda ratio reprobandi distinctionem trimēbrem cum ratio differentiæ cesset. ¶Vnde deffinit naturalem illo modo quo per Bart. corporalis diffinitur, addito verbo, corporalis, dicens sic naturalis siue corporalis possessio, est ius insistendi rei non prohibite possideri retentionis, & recuperationis producens effectus. ¶Redeundo ꝙ species possessionis due sint, probari dicunt per textum, in l. nemo. C. eodē ibi corpore & animo. ⁋Sed euitatur quia quāuis dicat requiri vtrunq̧, corpus & animum, non ex eo sequitur esse species differentes, sic etiam respondetur ibidē, in verbo, duplicem rationem, immo retorquetur ille textus, dum loquitur in singulari, ibi possessionis. ¶Secundo per textum in. l. ii. in. §. i. ff. pro herede, ibi sic accipiendum, esse vt possessio non solum ciuilis, sed etiam naturalis intelligatur. ⁋Sed Bar. ibi intelligit de detentatione, vt per sequendum dicit, de deposito. ⁋Iason ꝙ immo de naturali. Et ꝙ iurisconsultus ibi arguit a fortiori, quia si naturalis possessionis causam quis absq̧ noua superuentione sibi ipsi mutare non potest, tanto minus poterit detentationem. Motus per textum, in. l. non solum, in. §. i. infra titulo. i. vbi argui hoc à fortiori videtur expressum. ⁋Florentini replicant ꝙ .d. lex. aliter loquatur dicendo, cum hæc recipiantur in eo, qui possessionem habet, vt si ab initio malefidei possidenti superueniat titulus, & bonafides incipiat possidere, quanto magis in colono qui nunquam habuit possessionem. Quasi dicat in colono minorem fuisse dubitationem, cum regula se habens, ne quis sibi ipsi causam possessionis mutare possit. in colono clarum esset, ꝙ locum non haberet, stant (vt stat) apud colonum nullam possessionem esse, argu. l. decem, de verb. oblig. ¶Sed istis contrariarer per verbum, hæc, ibi. positum in plurari ad omnia prædicta se referentem. Nam supra dixerat possessorem sibimet possessionis causam mutare non posse, dum igitur arguit à multo magis, nulli dubiū est, quin idem replicat in detentore. ¶Et ꝙ Iason bene intellexerit pondero, ibi, nec colonum cuius dictionis natura est, vt ponatur inter diuersa. Bar. in. l. sepe. ff. de uerb. signif.

Vnde cum de colono,& aliis nudam detentationem haben- tibus dixerit, aperire videtur ꝙ supra de possessore loqutus sit. ℭNihilominus ad.d.l. non solum. Respōderem ut hoc velit, videlicet, ꝙ quamuis vtraq; ratio in possessione alicu- ius vigeat, de quibus rationibus habet in. d.l.nemo non ta men sibi ipsi quis causam possessionis mutare quæat. ℭEt aduerto ad verba ibi, sic accipiendum est & c. Ostendunt enim, vt præcedentia ibi, causam possessionis, declarētur ibi non tam ciuilis &c. Vnde concludo, ꝙ verbum ciuilis im- portet causam, & similiter verbum naturalis, Et consequen ter vnam, & eadem possessionem esse, duabus causis, siue ra- tionibus firmatam, vt vere quis possidere dicatur. Iuxta .l. nemo. causa naturalis est causa essentie, iuxta .l.iii. in eodē, causa ciuilis, est quæ parit ciuiles effectus, de quibus Bar. in diffinitionibus. ℭTertio pro istorum opinione datur .l.i. in.§.deicitur.ff.de ui & ui armata, ibi siue naturaliter, siue ci uiliter possideat, nam naturalis possessio, & pro suo, ad hoc interdictum pertinet, sunt hæc verba illius textus. Qui tunc minime loquitur de sola detentatione, vt in sequentibus ver bis patet, dum detentori vult competere interdictum. ℣ So cinus vult ibi non poni naturalem ad differentiam ciuilis, sed vt actum corporis denotaret, vt in.l.nostra; cui adde ꝙ infra dicam, ꝙ aduerbialiter &c. ℣ Florentini replicant, per verbum ibi pro suo. quod ciuilem significare velit, de qui bus ob maiorem commoditatem inferius dicere proposui.
ℭ Quarto pro eorūdē opinione textus, in.l.iii.in.§.nerua fi lius, ibi eatenus. Res mobiles nos possidere, quatenus sub custodia nostra sunt, idest quatenus si velimus eius natura- lem possessionem nancisci possemus. ℣ Bart. tamen dicit, ibi loqui detentatione pro quo Florentini ponderant verbū custodia, argu.l.cum legati.ff.quibus ex causis in possess.ea- tur. vbi patet id verbum solam significare detentationem. ℭQuod nihil esse puto. Cum eo modo verba principii, ibi, possideri, restringerentur. ℭAd uerbum, custodia dicas per eod nō se firmasse iureconsultum; sed ulterius processisse ibi quatenus earum possessionem &c. ℣ Posses tamen respon-

dere, vt in præcedenti Soccinus dixit, & aliter nunc dicam in contraria opinione. ¶Quinto pro eri textus in. l.iii. ff. ad exhibendum, ibi sciendum est hanc actionem competere aduersus possessorem non solum eum qui ciuiliter, sed etiã eum qui naturaliter incumbit possessioni; respondetur eum loqui de detẽtatione, patet in illatione sequenti, dum loquitur de creditore, itaq; de detinente. Argu. l. hæredes palam. §. sed si notam ib, i vicinis scripturis. ff. de testam. ¶Sed nihil est, vt ibidẽ per glosam, cum allegatis suis. ¶Cui tamen posses respondere, ꝙ verbum (ciuiliter) denotet qualitatem siue actum corporis, vt supra; & ponatur aduerbialiter; vt impleat illud verbum. Et declarant grammatici, iccirco ut qualificet, & per istum textum videtur aperte probari, ꝙ verba ciuilis, & naturalis in. d. l. ii. ff. pro hærede. denotent qualitatem non autem speciem diuersam. Aliter etiam inferius respondebo. ¶Sexto textus in. l. quemadmodum. i. eodẽ ibi. nulla. Soccin. respondet intelligi de iusta, siue iniusta ideoq;, ex qualibet causa, non ꝙ duas significet inueniri. ¶Septimo tex. in. l. acquiritur, in fine, supra titulo. i. ibi naturalis non sufficit ad præscriptionem, ergo differt à ciuili. Soccinus ꝙ ibi. est propter malam fidem. Cui replicatur, ꝙ ibi. due rationes ostenduntur, quarũ vna est, quia non possidet ciuiliter, ut glo. declarat, vnde sufficit vnam uerificari. §. affinitatis insti. de nupt. Item respondet ꝙ ex eo quia non sufficit ad præscriptionem non inducitur specifica differentia, probat isto modo, iniusta non sufficit, iusta sic tamen iusta non differt specifice ab iniusta. l. iii. §. ex contrario. i. eodẽ. ¶Octauo mouentur Bar. & Alex. quia duo non possunt insolidum possidere. d. §. ex contrario, sed in. d. §. qui ad nundinas, dicitur ꝙ ingressus acquirit possessionẽ & absens retinet. Ergo due sunt possessiones. Respondet ꝙ diuersis respectibus consideratis bene duo possiderẽt insolidum, patet in. l. fin. ff. vti possid. vbi vsufructuarius & vsuarius eiusdẽ fundi habent interdictum. Quod non datur nisi possidenti. Aliter Soccin. ꝙ regula. §. ex cõtraio, procedit quando ratio naturalis obstat. Sed Florent. contra

eum per verbum, videaris, bis in eadē. l. repetitum. ¶ Dicas tu ꝙ illud ostendit ocularem demonstrationem non impro prietatem. Vnde ratio naturalis est illa, quæ ibi repugnat, vt etiam videre est, in principio paragraphi, dum dicit ibi, contra naturam quippe est &c. Vnde stantibus duabus solutionibus, maxime prima non sequitur ꝙ in. d. §. qui ad nū dinas, vt supra ponderato, probetur duas inueniri possessiones. ¶ Nono pro eadē parte est textus, in. l. pupillus, supra titulo primo, ibi nec alienare potest possessionē: quæ est naturalis, respondetur ꝙ uerba quæ est &c, stent. declaratiue non ꝙ diuersam speciem ostendere velint, nam tunc sequeretur absurdum id videlicet, vt pupillus ciuilem possessionem alienaret contra mentem illius textus.

¶ CONTRARIAM vero partem videlicet, vnicam inueniri possessionem tenuit Azo. quæm hic sequitur Soccin. per tex. in. l. licet. C. eodē, vbi dicitur, ꝙ licet possessio nudo animo non acquiratur nudo tamen animo retinetur, cum igitur verbum possessio semel positum, ad primam, & secundam referatur orationem, sat ostenditur eadē, quæ corpore acquiritur esse quæ animo retinetur, nec animum neq; corpus facere speciem separatam, prout ipsi profitebantur animum facere ciuilem corpus uero naturalem possessionē. ¶ Florentini respondent ꝙ ibi fit, repetitio possessionis nō tamen eiusdem, probant, ex ratione quia naturalis possessio nonretinetur nisi ab eo qui ei insistit, vt in tex. nostro, nisi loquremur de naturali formali, vt est illa vsufructuarii, vnde cū repetat eand. concludunt ne procedat argumētū illud, vnā videlicet reperiri possessionem. ¶ Quibus replicarem ꝙ quamuis naturalis possessio corpore tātum teneatur, vt hic non tamen sequitur quin in. d. l. licet, eadē possessio sit. Et ꝙ immo eadē, probatur in verbo retinetur, quod differt à verbo tenetur de quo hic. Nec mirum si solo animo & c. Quia respondebis ꝙ turpius eiicitur quam non admittitur hospes de. l. ii. ff. de hic qui sunt sui, vel alieni iur. Item probatur p illum tex. in uerbo tamen. Cuius natura est, repetere præcedentia Bar. in. l. omnes populi in. x. col. ff. de iustit. & iur.

Alex. in .l. filius à patre. ff. de liber. & postum. ¶Secundo Quod vnica tantum possessio sit mouebantur per rubricas nostras in ff. & .C. & per tex. in. l. iii. in. §. in amittenda. ff. eodẽ, si enim essent plures possessiones non in singulari rubrice loquerentur. ¶Sed Florentini ꝙ in rubricis ponitur vt est genus, quod diuiditur in pluribus speciebus, vt in nigro. Sed hoc falsum esse nunc ostendam. ¶Tertio pro eis textus in. l. iii. in. §. genera, præmittendo per Bar. hic bonã & malam fidem non esse qualitates in possessione, vnde Socinus arguit ꝙ si naturalis possessio esset separata species sicut ciuilis, genus possessionis in .d. §. nõ diuideretur in illas qualitates, quas vocat species, sed in sui proprias species naturalem scilicet & ciuilem. Florentini respondere conantur, ꝙ species posuerat alibi, & ibi uoluit ponere qualitates. ¶Nihil (vt puto) dicunt, nam res non debet diuidi per qualitates, sed per species, quæ diuisio ibi exprimitur, mille insup modis responderetur. ¶Concluderem finaliter cum istis vnicam tantummodo inueniri possessionem, quæ quandoq; consistit apud duos, diuersis respectibus consideratis. Respõdeamus ad verba ciuilis & naturalis in. d. ll. vt possidendi, modum & qualitatem importent. Quorum vno sublato nõ mutatur subiectum, Argu. l. tex. l. i. in. §. Aristo. ibi. esse enim verum hoc anno non ui, vel clam. ff. de aqua quotid. & estiua. & ꝙ modi sint, & qualitates intra melius declarabo. ¶Quibus ita stantibus ad. d. l. ii. ff. pro hæred. dico ꝙ ibi ciuilis & naturalis sunt qualitates, quæ se referunt ad vnã possessionem. Ideo in singulari prolata est. Si replicares ꝙ qa vnus ciuiliter possidet alter naturaliter, ideo non possit esse vna, ne deueniatur ad absurdum, pœnes duos insolidũ possessionem eandẽ permanere contra. l. si, vt certo. in. §. si duobus vehiculum. ff. conmod. & d. §. ex contrario. i. titulo nostro. ¶Triplicarẽ non ex hoc sequi duas esse possessiones, immo vna est, vt ꝑ superiora, quæ diuersimode sicut stællio, se ostendit, & verba ciuiliter, & naturaliter potius qualitates sunt, ac modi possidendi, quod etiam sumerẽ ex. l. iii. §. fin. ff. ad exhiben. ibi ciuiliter, & naturaliter incumbit possessio

ni. Itaq; eidem, cum loquatur in singulari. Ad ꝙ l. bona ii. eodē, allegata per Soccinum, hic respondentem, ꝙ quia genus inuisibile est, ideo verbū (possessioni) in dictis legibꝰ in genere capi non posse. Cum non conueniret cum verbo (incumbit) sibi iuncto. ¶ Ad. §. ex contrario, & ad. d. § si duobus vehiculum. Respondetur procedere, vbi ratio naturalis repugnat, videlicet in corporali possessione, non enim tu sedere posses, vbi ego, sed affectus animi pœnes plures eiꝰdem rei permanere posset, ergo &c. Ad quod. l. i. §. siue autē. ff. de ui & ui armata. ¶ Eodē modo responderem, ad. l. i. in. i. §. deiicit, eod. illo titulo, & ad. l. iii. in. §. nerua filiꝰ. i. eodē. Et ad. l. iii. in. §. fin. ff. ad exhiben. & ad. l. acquiritur, in fine supra titulo. i. & quamuis ibidē dicatur, ꝙ naturalis, non sufficit ad præscriptionem debet tamen intelligi, ꝙ modus taliter possidendi (videlicet naturaliter) nō sufficiat, itaq; sola qualitas illa effectum præscriptionis operatur. ¶ Quicquid sit in hoc disputabili pūto vltimo loco dico, ꝙ possessionis genus de quo in rubrica nostra. Et in similibus legibus id ponentibus in singulari, diuiditur in duas species, probo p textum, in. l. quemadmodum ibi, nulla. i. eodē, cuius dictionis natura est, denotare pluralitatē. §. nulli. insti. de patria potest. & l. nulli. C. de episc. & cleric cum simil. ¶ Item per tex. in. l. ii. ff. pro hærede, in verbo ullam. Quæ due (ut puto) ille sunt quæ ponuntur per iurecōsultum, in. l. iii. infra eod. ibi bone fidei, & non bone fidei. ¶ Quas declaro sic, ꝙ bone fidei patiat ciuiles effectus, acquisitionem dominii per vsucapionem, & acquisitionem fructuum, vnde propter istos ciuiles effectus ista posset denominari ciuilis, non dico ꝙ vbicunq; de ciuili dicatur, hæc tantum significetur, cum & quādoq; ciuilis appellatur propter animum quem ius ciuile in possessione requiri vult, vt in. l. nostra in. §. si furiosus, & ita procedunt aliqua iura pro cōmuni opinione allegata, quæ iura modum possidendi important, vt prædixi, seu in possessione requisita. ¶ Dico igitur ꝙ possessio bonefidei, videlicet quæ cum bonafide associata apparet, vna species est, & non bonefidei possessio, hoc est quæ associata cum bonafide

de non pateat altera sit species. ¶In quo aduerto plus esse dicendo non bonafide, quam dicendo malefidei, seu malafide, vt dicit glosa, in.l.iii.in.§.genera infra eodē, omnino videnda. ¶Quæ species videlicet, bonafide, vocatur (vt puto) iusta, in.d.l.ꝗ seru⁹.i. titulo nostro, ad differentiam corporalis, vt ibidē videlicet, possessionis enudatæ ab adminiculo iuris. Nec obstat si quandoqꝫ iniusta pariat ciuiles effectus videlicet, præscriptionē de iure nostro ciuili, vt est tex. insti. de usucapion. ¶ Quia respondebimus illud ibi ēē speciale propter odium negligentiū, vt in.l.fin.C.de annali except. ¶Itē in casu.l prime.ff.de ui & ui armata, speciale ē vt delinquendi materia euitetur, vbi videas glosam, in uerbo ciuiliter per quam referentem opinionem irnerii habes id ꝗ supra tenui circa species possessionis, de ciuili hoc est iusta, & de naturali, hoc est iniusta. Ad tex.in.l.iii.in.§.ex cōtrario, ibi nec interest iuste, uel iniuste &c. Respondeo per eundē tex. ibi, quantum ad hoc &c.argu.l. ius singulare .ff. de legibus. Ad id ꝗ Soccin, hic subtilizat respondeo ꝗ sumus legiste non dialectici. ¶Quærit Bar. hic de quasi possessione incorporalium vtrum in ciuilem & naturalem 25 diuidatur, Opinionibus relatis concludit affirmatiuam cōmuniter sequntur. ¶Ipse declarat, ꝗ naturalis quasi possessio est illa, per quam ius reale (puta seruitutis) retinetur. Et eam vocat naturalem quia nullum hominis factum in eius retentione necessarium est, sed fundus ipse dominās, de per se retinet possessionem, si causam continuam haberet .l. qui fundum.ff.quemadmodū seruit. amittatur.l.i.§. quæsitum .ff.de aqua quot id, & estiua. ¶Tunc dicitur continuā causam habere, cum absqꝫ hominis facto nunquam fluere desinat. Quasi continua quando de se apta est fluere, vt est aqua de cælo cadens.l.foramen .ff.de seruit. Vrban. prædiorum in versic. atque de cælo cadit &c. Non cōtinuam, nec quasi continuam, vt est seruitus itineris.l.seruitutes .ff. de seruit. titulo generali, vbi glo. magistra. vel aqua cadens ex pauimento dum lauatur.d l.foramen. ¶Redeundo fundus de per se absqꝫ hominis facto & animo, retinet seruitutē, hæc enim

fundo ipsi debetur ab eodēq; retinetur.l.qui in aliena, in fi/ne .ff.de negoc.gestis, ideo dicitur naturalis. Sed quasi ciuilis,Illa ē q̄ præscribitur egetq; animo possidendi,ita ut putet uti iure suo.l.i.& .ii.C.de seruit.& aqua. Ideoq; propter animum dicitur ciuilis. In hoc tamen nos aduertit, quia fundus ipse praescribere dicitur.d.l.qui in aliena. Quadere præscriptio non procedit,nisi continuam causam haberet, .d l.foramen,vel nisi tanto tempore cuius contrarium memoria non habeatur cursus effluxisset. ¶In quibus considero quod(si fundus p̄scribere dicit(vt vult)& fundus possidere dicatur argu.regule,sine possessione vsucapio nō procedit,de regul. iuris. Et ibi.Dyn.)sequitur ꝙ quasi possessio qua seruitus retinetur, eadem sit, quæ præscriberetur, itaq; sequeretur non esse duas,videlicet quasi ciuilem, & quasi naturalem. ¶Præterea dum Bar. vult non esse necessarium animum in quasi possessione,quæ retinetur,cum eo non assentirem,per totum textum,in.d.§.Aristo.maxime ibi, esse enim verum hoc anno non vi,non clam,non præcario usū. Non obst.§.quæsitum,quia fingitur ibi animum interuenisse,ad quod pondera illa verba,ibi quasi duxisse videatur. Iuncta.l.si me in vacuam.ff.de acquir.possess. Cum igitur ibi finghatur, patet necessarium fuisse, ne dici possit frustratoria lex. hoc eodem modo loquitur.d.l.qui fundum in verbo,retinetur,vbi glo.ibi nā fingitur &c.in.d.§. quæsitū. ¶Et idcirco concludo illam quasi possessionem iurium realium incorporalium potius ciuilem dici, quam naturalem. Moueor quia potius in his incorporalitas consideratur, quam corporalitas,vt.d.l.seruitutes,titulo generali, quamuis sine corporalitate non sit videlicet,sine prædio. Item ciuili iure fuit inducta quasi possessio.l i.&.ii .C. de seruit. Et est melior tex.in.l. si edes .ff.de seruit. Vrban. ibi natura enim seruitutum est,vt possideri non possint. Sed vtilitatis causa receptum est,vt possideri videatur. ¶Et finaliter dico ꝙ, neq; inuenitur quasi ciuilis quinimmo, sed simpliciter dicatur,ciuilis bene verum puto ꝙ reperiatur, quasi naturalis, non autem in istis terminis,sed in terminis.§.si iusse

rim, cum simil. vbi lex fingit, quem naturaliter, seu corporaliter acquirere, quòd vere non fit. d. l. quod meo. in. §. si venditorem. Et habet eosdē effectus quos habet vera naturalis. 26
¶ Quærit Bar. an detentatio sit iuris, vel facti concludit, eā esse facti quia quæ iuris sunt non cadunt in seruum. l. quod attinet. ff. de regul. iur. detentatio vero sic. l. stipulatio ista, in. §. hæc quoq; de verb. obligat. ¶ Ad. l. si finita, in. §. si quis metu, ibi, ius detentationis, respondet illam loqui de iure quæsito per detentationem. Ita Rom. hic, & Paul. in. l. peregre. i. eodem, per. d. l. ꝙ seruus, tamen ꝙ aliquando se cum habeat admixtum ius, ut in illa Coloni, & inquilini qui animo retinent quamuis corpore non insistant. l. colonus. i. eodem. ¶ Pro hac opinione est, quia vbi de iure simpliciter mentio fit, intelligitur de illo, quod nō cadit in seruum. l. illa verba arbitratu Lucii Ticii, de verb. signific. ¶ Sed tamen ꝙ sit ius, tenuētūt Cyn. Dyn. in. l. licet. C. eodē. Ang. Paul. hic Imol. & Alex. per. d. §. si quis Metu. & per. l. ii. circa princ. ff. pro hærede, ibi ius pignoris retinebit. Iunta. l. peregre, vbi quia dicitur ius possessionis fuit cōclusum possessionem esse ius, ita dicendum est, in dictis verbis ius pignoris. Item quia detentatio est iurisgentium, cuius iuris est, capax seruus. ¶ Ad. §. hæc quoq;, respondent ꝙ loquitur de detentatione introducta per stipulationem inuentā post quam seruitus, in esse venit. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. non mirum, si seruus sit capax detentationis talis, sed in eo quod comprehendit ius, in eo non cadit. ¶ Ad. l. illa uerba dicunt ꝙ loquitur in arbitrio, seu compromisso, quod non cadit in seruum. l. pedius. ff. de arbitris. Item si argumentum contrariorum sumeretur ex illa lege, ius primæuū (ꝙ cadit in seruum) non diceretur ius, quod esset contra. l. ius naturale. ff. de iustit. & iure. dicit hoc Alex. ¶ Non obstat detentationem fieri quandoq; iniuste, quia immo detentator iniustus, habet ius recuperandi. c. reintegranda, tertia quæstione. i. & in. l. i. in. §. si quis ui. ff. de ui & ui armat. ¶ Quapropter Alex. ipse probat Angeli definitionem, ꝙ detentatio est ius insistendi rei aptum ad custodiam, eius & conseruationem,

& quãdoq; ad fructuũ acqsitionẽ, ꝗ sit ius vidimus, ꝗ aptum ad custodiã, patet in.l.si ex legati.ff.qbus ex cauſ.in poſſ.ea᷍ ꝗ ad fructuum acquisitionem patet in.d tituto in.l.Fulcinius in .§.fin.& in.l.si fur.§.locaui.ff.de furtis. ℭEgo ultimo loco concluderem detentationem esse facti, sicut Bartolus per.d.§.hæc quoq;, nec illa ratio est, propter quam seruꝰ habet detentationem, sed est quia detentatio est quid nudi facti, quod sumitur ibidem, ex præcedentibus verbis. Dum dicitur de possessione naturali. ℭSecundo moueor per .d. .l.illa verba. Non obstat ꝗ(hoc stante) ius naturale, non dicere᷍ ius, quia replicarẽ ius naturale fuisse antequã eorum status introduceretur, eorumq; conditio annichilaretur, vt diximus in rubricam non mirum igitur, si dicitur ius, & cadit in seruum. Sed post seruorum statum annichilatũ, quicquid iuris introductum fuit, nõ cadit in seruum.d.l. illa verba. Et dicitur ius ciuile.d.§.hæc quoq;, nam de ciuili disputatur, & ponitur in diffinitionibus, vt vidimus in diffinitiõe possessionis. ℭ Modo dico sic, nam contratenentes mouentur ex.d.l.ii.ff pro hærede, & ex.d.§.si quis metu, vbi videtur nominari ius, quibus respondeo, ꝗ leges ille loquntur de iure ciuili patet, quia de pignore prætorio, quod pignus nemini dubium est, fuisse inuentum post condictonem seruorum annihilatam. Et consequenter post ius gentium, non enim per hoc dicunt illi textus, ꝗ detentatio sit ius nam male loquerentur, cum ipsa cadat in seruum, in quo ius minime adheret. ℭAd quod pondero textum in.d.§.si quis metu, ibi ius detentationis, nõ.n.puto verba illa significare detẽtationem esse ius, sed immo facti a quo ius oriatur. Quasi dicat, ius quod oritur ex facto illo, seu detentatione, argu. l. si ex plagis.ff.ad.l.acquil. ℭEt si diceretur, ꝗ quia ex detentatione oritur ius.d.§.si quis metu, & .d.l.ii.ideo non cadat in seruum, respõderem, ꝗ regulariter cadit in seruum.d.§. hæc quoq;, fallit in detentatione iudiciali, quæ videlicet iudicio mediante haberetur, vt per Imol.hic ex ratione.l.seruus.C. de iudic.hoc modo loquntur iura præfata. ℭEt in istis terminis detentatio ab absente retinetur, propter vinculum de

creti. Ad quod facit q̄a talis detentatio est,de iure ciuili.vt per Bar. infra,in versic. item quæro num .13. ¶Quod intelligas non inspecta serui essentiali natura,sed iuris ciuilis cō firmatione,argu.l.ii.ff.de origin.iur.ibi omnia nostra facimus &c. Non obst.l.peregre,quia nōn determinarē per eam solā legem ꝙ possessio sit ius,sed per alias leges,vt suo loco dictum est.¶Præterea si per simile præfate legis peregre ,de tentatio diceretur esse ius concluderetur,ꝙ detētatio esset pignus,sed quam longe ab eo differat,ex eo etiam videre est,quia pignus constituitur per decretum,vel conuentionem, Atq̃ aliter detentatio. ¶Vltimo loco vel dicam de- 27
tentationem esse quid facti,quo res detenta custoditur aptū perducere eius conseruationem,& fructuum acquisitionem. ¶Dixi aptum producere,quia non semper sed quandoq̃ cō seruationem rei producit. ¶Quid si res essent,quæ seruando seruari non posūt, de quibus in titulo de usufruct. earum rerum quæ usu cōsumūt &c.& quod dixi fructuum acquisitionem,verificatur in detentatione habita iudicis decreto. ¶Quærit Bar.quo iure possessio sit inuenta concludit,& vide,cum quo Alex.sed tenendo ꝙ vnica tantum possessio sit. Concludendum erit inuentam de iure gentium primeuo. ¶Modum tamen possidendi ciuiliter videlicet, vel natura/ 28
liter iuste,vel non iuste,bona fide, siue non bona (vt supra declaraui) esse de secūdario,de quo in d.l.ex hoc iure.ff. de iustit.& iure declaratum tamen à iure ciuili,nam possessio ciuilis,itaq̃ illa qualitas magis dicitur propter declarationē, & approbationem iuris ciuilis,quam ꝙab ipso originem traxerit animo enim possidebatur deiure gentium,vt sumitur ex.d.l.ex hoc iure,&.l.nostra.¶Vel dicas vnicum ius gentium esse,vt per Aretinum,& Soccin.hic. ¶Quæritur quo iure quasi possessio incorporalium inuenta sit. Et concluditur de iure gentium,vt in.§.fin.instit.de usu & habit, vbi dicitur qualiter iuregentium res acquirantur,iuncto eo quia supra dixerat de seruitutibus,sic & Alex. ¶Sed consequentia hæc migi non applaudet, & contrarium tenerem . Nam quasi possessio est possessio ficta,fictiones autem iure ciuili

inuente sunt.l.si is qui per emptor, vbi Bar. & doct. ff. de usu cap. igitur &c. ¶ Non obst.d.§.fin.quia(si aduertes)in superioribus titulis non traditur quo iure, quasi possessio seruitutum inuenta sit. Sed quo iure seruitus constituatur, & dictum est iuregentium & ciuili, vt in.§.fin.de seruit.rustic. prædiorum, ibi, pactionibus & stipulationibus. ¶ Itaq; dictum est de ipsarum quasi dominio, quod lõge distat à quasi possessione, sicut de vero dominio dicitur ꝙ distet à possessione, vt in in.l.naturaliter, in .§.nihil commune .l. eodem & ideo ꝙ in diuersis titulis ponantur. Neq; nocebit ꝙ de possessione quandoq; dictum sit, cum id incidenter euenerit in iis videlicet, quorum dominium non est sine possessione vt in uolatilibus, eodem modo dicendum est incidẽter euenisse vbi aliquem casum posuerit quasi possessionis. Principaliter enim de dominio dicere promisit in titulo de rerum diuis. Quamobrem non viderem Bartoli consequentiam de

29 .d.§.fin.procedere potuisse. ¶ Quærit Bar. quo iure detẽtatio sit introducta distinquit illam coloni esse iurisgẽtium, quia contractus locationis eiusdem iuris est, illam ex decreto iuris ciuilis, vt per glo.in.d.l.& per.l.ii.§.post originem ff.de origin.iuris, iudicia enim sunt de iure ciuili, vt ibidem ¶ Sic Alex. qui tamen putat detentationem simpliciter sumptam iuregentium primeuo inuentam, quia seruus detinere potest.l.ꝙ seruus. Et secundario fuit annichilatus. d.l. ex hoc iuregentium. ¶ Hoc sequor considerando essentiam quæ in sola custodia consistit d.l.cum ex legati causa .ff. ex quibus caus.in poss.eatur, quamuis quandoq; per ius ciuile concedatur, ut in.d.l.non tamen cõceditur seruis.d.l.ꝙ attinet.ff.de regul. iur. ¶ Glosa in verbo, in his, concludit eorum quæ in nullius bonis sunt, eo ipso quo capiuntur dominium quæri, possessionemq;, nec vnum sine altero acquiri, secus vero esse in cœteris rebus. l.i.& per totũ.C.de præscrip. longi, temporis, ubi possessio quæsita est, non tamen dominium, nisi titulus precesserit habilis ad præscribendum, & tẽporis continuatio. ¶ Dixit hoc Alex. esse uerum si à possessione inciperetur, secus, si à dominio, quia & non existentiũ

in alicuius bonis dominium quandoq; quæritur absq; posses sionem. ¶ Iac. de Aren. & Imol. exemplant, si homo liber bona fide possideatur dominium possessori quærit, non aut possessionem. l. homo liber, supra titulo .j. vbi ratio est, q̃ qa possidetur ipse aliud possidere non intelligatur. ¶ Aliter etiam exemplant, si verus dominus rei (quam non possideret puta per alium occupatam) dominium in alterum transfer ret. l. iii. §. ex contrario. i. eodem. l. si duo. ff. de præcario, certe si actualiter tradidisset, dominium transferret, non posses sionem. l. si fundum. ff. de fundo dotali. ¶ Item & aliter. nã in legatarium transfertur dominium non possessio. l. a Titio ff. de furtis. ¶ Item & rerum hæreditariarum. l. cum hæredes in princ. i. eodem. ¶ Item in ecclesia, vt in. l. fin. C. de sacro sanct. eccles. ¶ His tamen omnibus non obstanti bus opinio mea est, Alexandrum in hoc parum aduertisse. Quia, d. l. homo liber. loquitur in rebus aliorum non in iis, quæ in nullius bonis sunt apparet, quia loquitur in terminis vsucapionis, & similiter. d. l. si fundum, & d. l. fin. sed vbi da retur casus in iis, quæ sunt in nullius bonis dominium à pos sessione non seperaretur, incipias à quo uis. ¶ Glosa in ver bo primi, diuiditur in duas principales partes, de se patent, 30
in secunda parte quærit, an dominium rerum quæ in nul lius bonis sunt, eo ipso quo quis in conspectu sit cum ani mo acquirendi acquiratur, distinguit, vt in ea. ¶ Quam exa minando Bar. quærit de possessione, non per hoc dicas eum à glosa variare, cum loquatur de illa per quam dominium quæritur, nec obstat si iura Bartoli loquantur de possessione alterius, quæ etiam à dominio separari potest. Quia recte intuendo glosa vtitur simili modo, habita enim occasione vnius & alias immiscet, argu. l. naturaliter. ff. de pscript. ver bis. ¶ Ex dictis Bartoli primam euellimus conclusionem q̃ animalium possessionem, nisi actualiter capiamus minime acquirere dicimur. l. naturaliter. §. illud, & l. in laqueum su pra titulo. i. ¶ Quam etiam acquirimus per equipollens, ut in terminis. l. nostre, in. §. si iusserim, & l. q̃ meo, in. §. si ven dito rem infra eodem, ex ratione quia voluntas tradẽtis ope

ratur,ac si res actualiter traderetur,dummodo voluntas acceptantis, & in rei præsentia sint.l.si seruus test.ff.de stipul. seruorum.¶In hoc non differunt ab inanimatis,vt communiter doct.volunt,damnantes glosam in.§.itē lapilli,instit. de rerum diuis.quæ tamen,vt credo posset in thesauro saluari.¶Sed aduertendum est,ꝙ glosa nostra in secunda particula secunde partis refert quosdam esse in diuersa opinione,ꝙ immo res de quibus in textu per solum aspectum(animo concurrente)acquirantur.per.d.§.si iusserim,&.§.si per venditorem.¶Bar.respondet ea loqui in rebus ab alio possessis, non quæ sint in bonis nullius ¶Contra eosdem glo. tenet hic.per.l.iii.§.inde nerati⁹,respondens eisdem non referre,ꝙ in.§.thesaurum,non poterat sicut hic videri nam nō visus particularis (dummodo sciatur locus)nō est causa impedimenti,vt patet in .d.l.clauibus,ff.de contrah.empt. ¶Sed eosdem glosa saluare conatur ꝙ in.§.neratius,ille sciebat esse thesaurum in fundo,non tamen de loco particulari eiusdem noticiam habebat,secus in .l. clauibus, & hic. ¶ Aliter ēt conabatur ꝙ ibi loquitur de possessione, hic de
c dominio quod destruitur,quia ex possessionē dominiū quæritur,vt Bar.hic.¶Aliter ꝙ in.d.§.tractabatur de rebus quærendis per inuentionem,hic per apprehensionem. Quod neque placuit,vt Bar.hic motus quia inuenire est,per apprehēsionē.l.si barsatoram.C.de fideiuss.& residet ꝙ in.d.l.clauibus loquatur textus de re per alium possessa,non ipsa quæ in nullius bonis esse reperiatur de qua in.d.§.neratius. Videtur igitur adherere opinioni prefate,ꝙ per solum aspectū possessio eorum(de quib⁹ in textu)Quæratur.¶ Sed si recte sua verba intuebimur,dum ponderat verbum,apprehenderit,his contradicit.¶Ex eius nihilominus dictis in hac secū
31 da particula glose. Primam habes conclusionem , ꝙ in terminis.d.l.clauibus,adhoc vt possessio quæratur,oportet nō solum scire ipsas res in domo inclusas, sed locum particularē domus.¶ imola contra,quia nimis restringeretur. ¶Et ad.§.neratius,ꝙ loquatur per inuentionem , quæ importat apprehensionem. Nos vero quando ꝑ occupationē quo ca

su

su scientia particularis necessaria non est, vt est casus, in .l. clauibus ¶ Hoc sequuntur Ang. in .l. si quis in .§. differentiã infra eodem, & Alex. hic. ¶ Claudius & Florentini, aliter soluunt, ꝙ aliud sit in fundo aliud in domo, in qua facilior per scrutatio est, fundus enim totꝰ subuerti deberet, vt sciri pos set quid intus esset. ¶ pro hoc textus in .l. iii. in §. nerua filiꝰ infra eodem, vbi res dicitur per nos possideri, si sit in custodia nostra, licet non inueniretur, si tamen diligens inqui sitio cesset. ¶ Vnde per clauium traditionem dicitur per nos possideri. Ad quod .l. quorundam infra eodem, in verbo custodia. ¶ Addo textum in .§. apium, instit. de rerum diuis. ibi, donec in conspectu, nec difficilis &c. Quadere quia per secutio difficilis consideratur dicemus Bonam esse horum solutionem. ¶ Secunda conclusio glose, est in terminis .d.l. clauibus oportere, ꝙ in conspectu domus claues ipse tradã tur, glo. in .§. si iusserim, in final. verbis, Bar. in eadem .l. in .§. penul. sequũtur hoc, Iason Claudius & Florentini. ¶ Sed Alex. contra, per glosam nostram superiorem, in verbo, naturaliter, vbi sufficit esse prope domum. Licet domus non videatur .d.l. clauibus. ¶ Florentini soluunt, ꝙ illa loquatꝛ de acquisitione possessionis domus, non autem mercium in tus positarum. ¶ Dici posset in .d. lege, non tractari de domus possessione, vnde ꝙ in glosa non apte inducatur. ¶ Tu salua ꝙ sicut acquiritur possessio mercium, & si non videantur, si tamen domus in conspectu sit. Ita possessio domus de qua glosa. Et si domus minime videatur, si tamen de proximo videri possit. ¶ Non obstat. Alex. dicens, ꝙ nihil clauiũ traditio operaretur, si per solum aspectum cum voluntate tradentis possessio ipsa acquireretur .d. §. si iusserim. Quia bene dicunt illud, videlicet per solum aspectum &c. Procedere in domus acquisitione. Non rerum intra positarum quia tunc clauium traditio necessaria est. ¶ Item si verum diceret Alex. sequeretur in .d. §. si iusserim, & in .d. §. si venditorem, acquiri possessionem, & si res minime videretur, si modo de facili posset apprehendi contra textus illos. ¶ Non obstat, dictio apud, ponderata per Alex. quia respondent eã

significare coram .l.coram.ff.de verb.signif.l.eum pro quo
32 .ff. de in ius vocam. ¶ Alia conclusio glose ponitur, ꝙ modus acquirendi per inuentionem, intelligit per apprehensionem cum non dicatur inuentum, si non sit apprehensum vt est tex.in.d.§.neratius,& in.d.l.si Barsatoram, per quod Alex.hic reprobat glosam in.§.item lapilli instit.de rerum diuis. ¶ Sed Guil.de cunio quem in.d.§. sequitur Soccin. contra. Et Florentini ponderantes, quia simpliciter iura loquuntur per verbum inuenerit, ad quod est glo.in.l.i. C. de thesaur.lib.x.dicens eum inuenire, qui primo viderit, vel apprehenderit cum voluntate quærendi. ¶ Respondent ad.§. Neratius ꝙ loquatur in possessione, quæ neq; bebeficio legis acquiritur absq; apprehensione, vt est tex.in.l.commissa .ff.de publican. ¶ Quia tamen mihi ipsi persuadere nō possum, vt dominium solo visu quæratur, vel possessio quouis affectu interueniente. Concludo in.d.§.thesauros, esse speciale, vt inuentori acquiratur, nō tātum quia beneficio principis &c. quantum ꝙ est donum fortune, vt in .l. si quis in aliena, in.§.i.supra titulo .i.ab ipso principe approbatum. ¶ Taliter saluarem glosam in.d.§.Item Lapilli, & Bartolū, hic nō in conclusione, sed dum regulam cōsiderauerit, nam cum in.d.§.speciale sit. Regula fuit bene considerata, argu. .l.ius singnlare.ff. de legibus. ¶ Non obst.l. si Barsatoram, quia iam dixerunt ibi verbum inuenire propter partium mētem denotare apprehensionem, nam iam constauerat esse latronem, & promissio nil ibi afferret nisi verbum illud eo modo intelligeretur. ¶ Aliter considero. ꝙ spondens est decurio qui latrōes apprehēdit, vnde subiecta materia operatur, vt illud verbū, eo modo intelligatur, argu.l.si vno.ff.locati. ¶ Vel si dicere velles non esse speciale, in.d.§. Respondeas ꝙ quamuis verbum (inuenerit) ibi non importet apprehensionem nihilominus illa subintelligetur, quia verisimile non est, quem inuenire thesaurum, nec apprehendere, argu.l.cum de indebito.C.de probat. Ideo solo verbo inuenerit vsus est ¶ In quo ne replicares, ꝙ secundum hoc sola inuentio, non parit acquisitionem, concludo, quot per solam inuentio-

nem,vel uisum thesaurum,quis acquirit, si tamen id aliquo modo proferat exemplum,in pueris romanis, cum quid inueniunt, statim proferunt,id,videlicet,senza parte,quod est dicere volo totum,quo prolato,si alter proximior id capiat (puta aureum) nō fit capientis,si vero, qui prius viderit nihil dixerit, fortuna dedignatūr. Et immeritum priuat,nam post hæc occasio calua est.& hoc puto voluisse glo.in.d.l.1. .C.de thes.ibi cum voluntate quærendi,sic intelligo.d.§.itē lapilli. Speciale igitur est,vt sola inuentione cum voluntatis declaratione acquiratur absq; apprehensione. Et vbi donumfort une cessat,itaq; ratio specialitatis.acquisitio nō procedit,vt est videre in.§.fere igitur bestie,instit. de rerum diuis. ¶Per hæc infero ad quæstion Bartoli firmarem cum ang. Imola, & Soccino, in .d.§.neratius contra communem opin. nam quamuis inuentus,cum armis nō sit apprehensus. puniri debet, extante statuto,q̄ inuētus cum armis puniatur. Non obst.l. præses,& .l.si de interpretatione.ff. de pœnis,quia loquntur in moderatione pœnarum , in dubio fienda,nos in diuersis terminis,& in quibus consideran dum est,maleficia impunita non remanere,quod publice interest,iuxta.l. ita vulneratus.ff.ad.l.acquil. Nō obst.Bal. in.§. Item lapilli. Dicens mulieres inuentas,cum perlis, & non apprehensas non puniri extante banno inuentas puniri. Quia loquitur sine lege,& contra prædicta,nam ad verificationem verbi,inuentionis,non requiritur apprehensio sed bene ad verificationem , acquisitionis , regulariter , vt supra dixi , vnde punientur , & maximæ vbi honestatis seruande causa apprehense non fuissent. Argu.l. optimam.C. de contrahen.& committen.stipul. Non obstat albericus, in.l.q̄ ait lex,per illum textum.ff.de adulter. dicens inuentum ludere taxillis non puniri,si tunc non sit apprehensus, & si statuto caueatur taxillis inuentum puniri. Quoniam respondere illam apprehensionem siue occisionem in .d.l. de se esse illicitam,argu.l.extat.ff. q̄ metus causa,ibiq; tollerari,quia difficile est iustum dolorem temperare,ac repentinum,non mirum, si ex post facto deprehensus occidi non 33

possset, in casu vero nostro deprehensio licita est, extante statuto, vnde etiam ex post facto fiet. ¶Quærit Bar. an tutor, vel curator absq; speciali mandato per aspectum possessionem transferre possit, negatiuam firmat, quia vere voluntas tradentis non concurrit, sed tantummodo ficte similiter in generali procuratore. ¶Secundo per .l. quāuis in. §. i. eod. huic tamen legi, respondetur ꝙ non habet hic generalem & liberā administrationē sicut habet tutor. ¶Tertio per. l. & iusiurandi. in. §. tutor. ff. de acceptilat. vbi præfati non faciunt acceptilationem, itaq; fictam solutionem. ¶Quod sequitur Alex. subdendo ꝙ etsi alias per constitutum vtraq; possessio transferatur. l. ꝙ meo infra eodem, & per præcariū naturalis tantum. l. & habet. §. eum. ff. de præcario, non tamen procedit vbi tutor, vel curator vēderet pupilli rem cōstituendo se emptoris nomine possidere. ¶In quo puto aduertendum, ꝙ prefata procedunt in simplici casu, non vbi patefieret tutorem ipsum à pupillo possessionem abdicare voluisse, per. d. l. quamuis, ibi vtriq; mercedem præstiterit, ꝑ quæ ibi posita, glo. dicit nōn transferri possessionem cum ꝑ mercedis solutionem pateat noluisse auferre possessionem à locatore primo ¶Vnde sequitur ꝙ si appareret eum uoluisse possessio daretur quadere cōtra Bart. Alex. Iasonem, & alios teneri posset, cum opinione Angeli Raphaelis, & Cumani. ¶Non obstat. d. §. tutor. Quia nō video eum loqui de trāsferenda possessione. Sed de acceptilatione, quæ dominium importat, qui per actum tacitum non transfertur. l. traditionibus. C. de pactis, nisi vbi specialiter lege caueretur, iuxta. l. à Titio. ff. de furt. Possessio vero sic, d. §. si iusserī &. §. si ꝑ vēditorē in. d. l. ꝙ meo. Non obstat. d. l. ꝙ meo, in fine quia ibi nulla voluntas tradentis tacita vel expressa cōcurrebat Ideo possessio partis fundi quam non habebat minima trāsferri dicitur, hæc paucha super rubrica & in. l. i. tanquā euidentialia pro dicendis in. §. nihil commune dixerim, in cæteris cum scribentibus transibo. Antonius de Matthæis Doctor minimus.

INDEX.

sio causæ necessaria non sit.
In.l.hostes .ff.de verb.signif.
In.l. postliminio.ff.de capt.
12 ℂQuid si alieno in territorio caperentur.
In.l.si quis pro redemptione.§.i.C.de donat.
In textu nostro.
13 ℂRecuperata an prioribus dominis restituenda sint, vel an recuperantium fiant,& quid de consuetudine.
In .l. si captiuus .§.ii.ff. de cap. & postlim.reuer.
In .l.ab hostibus la .ii.C.de capti.
14 ℂIn rebus hic enumeratis,quomodo ex possessione dominium quæratur,& an & quando mobilia, vel immobilia præsumantur nullius,vel cuius,et an includantur in teritorio concesso per Imperatorem.
In titulo pro derelict.
In titulo de bonis vacant,lib.x.& in .l.si vacantia
In.l.i.§.si insulam.ff.de fluminibus.
15 ℂDifferentia inter lapillos,& si inquisitio staret Titiū violenter cognouisse bertam,quomodo & respectu cuius intelligenda violentiam sit.
16 ℂAb allusione uocabuli an ,& quando sumatur propria significatio , & quid relictum censeatur ab eo qui dixit, relinquo possessiones meas, vel dicendo rerum mearum,seu simpliciter dicendo, quæ possideo aut etiam subiungendo,in tali loco.
In .l.ii. ff.de fideiuss. minorum
In .l.i.C.de omni agro deserto.
17 ℂArgumentum ex ethymologia,an & quando validū in iure sit.
18 ℂDiffinitio possessionis qualiter per doct.figuretur.
In.l.possessio.§.i.eodem.
In glo.super verbo manumitti,legis prime de officio consul.
In.l.peregre,eodem.
In.l.nemo.C.eod.

In .l.non ideo minus,C.de libera causa.
In.d.l.possessio.
In.l.si ea.ff.de action.emp.
In.l.liber homo.§.fin,supra titulo primo.

19 ℂDiffinitio possessionis vera quæ sit.

20 ℂPossessio an de primæuo,vel secundario iuregen.dicatur.

In.c.ius naturale,in prima distinc.

21 Possessio naturalis quomodo perdatur, vel retineatur, quid de ciuili,& an & quãdo exitus causet possessionis amissionem.

22 ℂSi tam per me ciuilem & naturalem quam si per seruum in rebus peculiaribus retinerem,& de recuperatione possessionis per aspectum, vel per vicinitatẽ.

23 ℂQuid si per filium,seruum,tutorem,curatorem, vel ꝓcuratorẽ quis naturaliter,& per se ciuiliter possideret,cur naturalis tãtummodo possessor per exitum nõ ammittit possessionem ,ciuilis idem & naturalis (excũdo) naturalem perdit.

24 ℂQuotuplex possessor inueniatur.

In.l.nemo.C.eod.
In.l.ii.ff.pro hærede
In.l.iii.§.nerua filius.
In.l.acquiritur in fine supra titulo primo.
In.l.iii.§.ex cõtrario.
In.l.licet.C.eod.
In.l.ii.ff.pro hærede.
In.l.i.§.deiicitur.ff.de ui & vi arma.
In.l.iii.ff.ad exhibẽd.
In.l. acquiritur supra titulo primo.

25 ℂQuasi possessio incorporalium,an diuidatur inter cilem & naturalem.

In.l.i.§.aristo.eodem.
In.l.i.§.quæsitũ.ff.de aqua quotid.& æstiua.
In.l.si ædes.ff.de seruit.vrb.præd.

26 ℂDetẽtatio an iuris,vel an facti sit.

In.l.illa verba.ff.de verb.signif.
In.l.stipulatio.§.hæc quoq; .ff.de verb.oblig.
In.l.ii.ff.pro hærede.
In. l.si finita.§.si quis metu.ff.de damno infecto.

27 ℭDetētatio quid sit,seu quomodo describatur.

28 ℭPossessio quo iure fuerit inuenta,& an eodē iure quasi possessio incorporalium.

In.§.fin.insti.de vsu.& habit.

29 ℭDetētatio,quo iure sit i nuēta.

30 ℭIn iis quæ nullius bonis iudicatur,an eo ipso quo ca piūt,dominium quæratur,ita vt sine possessione nō sit,sic e cōuerso,& an quæratur per aspectum, quid de rebus animatis,vel inanimatis.

31 ℭIn terminis.l. clauibus.ff.de cōtrahen.emp. an quis vt acquirat possessionem necesse habeat scire in quo loco domus res site essent: & an necessarium sit ꝙ ipse ad sit in horrei cōspectu.

32 ℭPer inuētionem,res quomodo quæsitæ dicantur, & quid si thesaurū inuenirit, nec apprhēdit, an illum acquirat.

In.§.thesauros,insti.de rerum diuisione.

33 ℭStatuto stante vt inuentus cum armis cadat in pœnam,inuentus nō apprehēsus an puniatur.

In.l.si præses,&.l.si de interpretatione.ff.de pœnis.
In.l.quod ait.ff.de adulter.

34 ℭTutor,Curator,similesq; habētes generalem administrationē,an possessionē per aspectū tradere possint

ℭImpressum Romæ apud Antonium Bladum.
M. D. LVI.

